1734

Incipiunt hore sancte crucis.

Domine labia mea
aperies. Et os me
um annuncia
bit laudem tuā
Deus in adiutorium meū
intende. Domine ad ad
iuuandum me festina. Gloria
patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula secu
lorum. Amen. Hymnus.
Patris sapiencia veritas
diuina. Deus homo cap
tus est hore matutina. A notis
et discipulis cito derelictus a

iudeis traditus venditus et afflictus. ℣ Adoramus te xpriste et benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oro.

Domine ihesu xpriste fili dei vivi pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee et largiri digneris vivis misericordiam et gratiam defunctis requiem et veniam ecclesie tue sancte pacem et concordiam et nobis peccatoribus vitam et leticiam sempiternam

Qui viuis et regnas deus p
omnia secula seculorum. Amen.
Deus in adiu Ad primā.
torium meum intende.
Domine ad adiuuandum
me festina. Gloria patri. Ym.
Hora prima ductus est
ihesus ad pylatum. Fal
sis testimonijs multum accu
satum. In collo percutiunt
manibus ligatum. Vultū
dei conspuunt lumen celi gra
tum. ℣ Adoramus te xpriste
et benedicimus tibi. Quia p
sanctam crucem tuam rede
misti mundum. Oremus

Domine ihesu xpriste fili
dei viui pone passionem
crucem et mortem tuam inter
iudicium tuum et animã meã
nunc et in hora mortis mee et lar
giri digneris viuis misericordi
am et gratiam defunctis requiẽ
et veniam ecclesie tue sancte pacẽ
et concordiam et nobis peccato
ribus vitam et leticiam sempi
ternam. Qui viuis et regnas
deus per omnia secula seculorũ a.
Deus in adiutoriũ Ad terciã
meum intende. Domine
ad adiuuandum me festina.
Gloria patri Sicut erat ym.

Crucifige clamitant hora
terciarum. Illusus indu
tur veste purpurarum. Caput
eius pungitur corona spinarum
Crucem portat humeris ad locum
penarum. V. Adoramus te christe
et benedicimus tibi. Quia per sã
sanctam crucem tuam redemisti
mundum. Oremus. Oratio.
Domine ihesu christe fili
dei vivi pone passionem
crucem et mortem tuam inter iu
dicium tuum et animam meam
nunc et in hora mortis mee et lar
giri digneris vivis misericordiam
et gratiam defunctis requiem et

et veniam ecclesie tue sancte pa
cem et concordiam et nobis pec
catoribus vitam et leticiam
sempiternam. Qui vivis et
regnas deus per omnia secula
seculorum Amen. Ad sextam.

Deus in adiutorium me
um intende. Domine ad
adiuvandum me festina. Glã

Hora sexta ihesus est cruci
conclavatus. Et est cũ
latronibus pendens deputatus
pre tormentis sitiens felle sa
turatus. Agnus crimen diluit
Deificatus. ℣. Adoramus te xpe
et benedicimus tibi. Quia per

sanctam crucem tuam redemi
sti mundum. Oremus orō.
Domine ihesu xpriste fili
dei viui pone passionem
crucem et mortem tuam inter
iudicium tuum et animam
meam nunc et in hora mor
tis mee et largiri digneris vi
uis miām et gratiam defunc
tis requiem et ueniam ecclesie
tue sancte pacem et concordiā
et nobis peccatoribus vitā
et leticiam sēpiternā. Qui
viuis et regnas deus per om
nia secula seculorum amē
Ad nonam.

Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Gloria
patri. Sicut erat. Hymnus
Hora nona dominus ihesus
expirauit. Hely clamās
animam patri cōmendauit.
Latus eius lancea miles perfo
rauit. Terra tunc contremuit
et sol obscurauit. V. Adoramus
te xpiste et benedicimus tibi.
Quia per sanctam crucem tu
am. redemisti mundum. Or̄o
Domine ihesu xpiste fili
dei viui pone passionē
crucem et mortem tuam inter

iudicium tuum et animam
meam nunc et in hora mortis
mee et largiri digneris viuis
miam et gratiam defunctis re
quiem et veniam ecclesie tue scē
pacem et concordiam et nobis
peccatoribus vitam et leticiam
sempiternam. Qui viuis et
regnas deus per omnia secula se
culorum Amen. Ad vesperas.
Deus in adiutorium me
um intende. Domine ad
adiuuandum me festina. Gla.
De cruce deponitur hora ves
pertina. Fortitudo latuit
in mente diuina. Talem mor

tem subijt uite medicina heu
corona gl'orie iacuit supina.
℟ Adoramus te xpriste et bene
dicimus tibi. Quia per sanctā
crucem tuam redemisti mūdū
Domine ihesu xpriste Oro
fili dei viui pone passio
nem crucem et mortem tuam
inter iudicium tuum et aiām
meam nunc et in hora mortis
mee et largiri digneris viuis
miām et gratiam defunctis re
quiem et veniam ecclesie tue sā
pacem et concordiam et nobis
peccatoribus vitam et leticiā
sempiternam. Qui uiuis et

regnas deus per omnia secula seculorum amen Ad cõpletoriũ

Converte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuam a nobis. Deus ĩ adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Ẏmnus

Hora completorij datur sepulture. Corpus xp̄i nobile spes uite future conditur aromate complentur scripture. Iugis sic memoria mors hec michi cure. V. Adoramus te xpiste et benedicimus tibi Quia per sanctam crucem

tuam redemisti mundum. Oratio
Domine ihesu xpriste fili dei
vivi pone passionem cru
cem et mortem tuam inter iudi
cium tuum et animam meam nunc
et in hora mortis mee et largiri
digneris vivis misericordiam et
gratiam defunctis requiem et ve
niam ecclesie tue sancte pacem et
concordiam et nobis peccatoribus
vitam et leticiam sempiternam
Qui vivis et regnas deus per omnia
secula seculorum amen. Recommendatio
Has horas canonicas cum
devotione tibi xpriste recolo
pia ratione. Tu qui pro me pas

Hic incipiunt hore sancti spiritus

Domine labia mea
aperies. Et os me
um annuntia
bit laudem tuam
Deus in adiutorium me
um intende. Domine
ad adiuuandum me festina
Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper et in secula se
culorum. Amen. Hymnus
Nobis sancti spiritus gra
tia sit data. De qua virgo
virginum fuit obumbrata.
Cum per sanctum angelum

fuit salutata· verbum caro fac
tum est uirgo fecūdata. añt Veni
sancte spiritus reple tuorum cor
da fidelium et tui amoris in eis
ignem accende. ℣ Emitte spiri
tum tuum et creabuntur· Et re
novabis faciem terre· Oremus
Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam sancti
spiritus gratiam quam tuis di
scipulis in die penthecostes trans
misisti· Per dominum nostrum
ihesum christum filium tuum
Qui viuis et regnas deus per
omnia secula seculorum Amen.
Ad primam.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria.

De uirgine maria. Ymnus.
Christus fuit natus. Crucifixus mortuus atque tumulatus. Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et ipsis cernentibus celis eleuatus. Ant. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. V. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti

spiritus gratiam quam tuis
discipulis in die penthecostes
transmisisti· per xpm̄. Ad t(er)cia.
Deus in adiutorium meū
intende· Domine ad ad
iuuandum me festina. Gloria.
Suum sanctum spiritū·
deus delegauit· In die pē
thecostes ipsos confirmauit· Et
de linguis igneis ipsos inflā
mauit. Relinquere orphanos
ipsos denegauit. Añ Veni sācte
spiritus reple tuorum corda fi
delium et tui amoris in eis ig
nem accende. V Emitte spm̄
tuum et creabuntur· Et reno

uabis faciem terre. Oremus Or̄o.
Omnipotens sempiterne
Deus da nobis illam sancti
spiritus gratiam quam tuis
discipulis in die penthecostes
transmisisti. Per xp̄m Ad sextā.
Deus in adiutoriū meū
intende. Domine ad ad
iuuandum me festina Gloria
Septiformem gratiam.
tunc acceptauerūt. Qua
re p̄dromata cuncta cognouerūt
ad diuersa climata mundi re
cesserunt. Et fidem catholicam
tunc predicauerunt. Añ Veni
sancte spiritus reple tuorum

corda fidelium et tui amoris ĩ
eis ignem accende. ℣. Emitte spi
ritum tuum et creabuntur. Et
renouabis faciem terre. Oremus

Omnipotens sempiterne
Deus da nobis illam sancti
spiritus gratiam quam tuis
discipulis in die penthecostes
transmisisti. Per xp̄m. Ad nonã

Deus in adiutorium meũ
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Gloria.

Spiritus paraclitus fuit
appellatus. Donum dei ca
ritas fons viuificatus. Spirita
lis unctio ignis inflãmatus

Septiformis gratia carisma vocat'
ant. Veni sancte spiritus reple
tuorum corda fidelium et tui amo
ris in eis ignem accende. ℣. Emit
te spm̄ tuum et creabuntur. Et
renovabis faciem terre. Oremus

Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam san
cti spiritus gratiam quam tuis
discipulis in die penthecostes
transmisisti. Per xpm̄. Ad vesperas

Deus in adiutorium meū
intende. Domine ad ad
iuvandum me festina. Glã

Dextre dei digitus virtus
virtus spiritalis. Flos de

fendat eruat ab omnibus ma
lis· vt nobis non noceat demō
infernalis· protegat foueat
nutriat sub alis ant. Veni san
cte spiritus reple tuorum corda
fidelium et tui amoris in eis
ignem accende· ℣. Emitte spm̄
tuum et creabuntur· Et reno
uabis faciem terre· Oremus
Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam sācti
spiritus gratiam quam tuis
discipulis in die penthecostes
transmisisti p xpm̄ Ad cōpletoriū
Conuerte nos deus saluta
ris noster· Et auerte irā

tuam a nobis. Deus in adiu
torium meum intende. Domine
ad adiuuandum me festina.
Gloria patri. Hymnus
Spiritus paraclitus nos
uelit iuuare. Gressus no
stros regere et illuminare ut cu̅
deus uenerit omnes iudicare
Nos uelit ad suam dexteram
appellare. an̅t. Veni sancte spiritus
reple tuorum corda fidelium et
et tui amoris in eis ignem
accende. ℣. Emitte spiritum
tuum et creabuntur. Et reno
uabis faciem terre. Or̅s
Omnipotens sempiterne

deus da nobis illam sancti sp̄s
gratiam quam tuis discipulis
in die penthecostes transmisi
sti per xp̄m. Recomendatio
Has horas canonicas cū
devotione. Tibi sancte
spiritus pia ratione dixi. ut
nos visites inspiratione ut
vivamus iugiter celi regione
amen. Hymnus de sancto spiritu
Veni creator spiritus
mentes tuorum visita
imple superna gratia que tu
creasti pectora. Qui paracli
tus diceris donum dei altissi
mi fons vivus ignis caritas

et spiritalis unctio Tu septi
formis munere dextre dei tu digitus
tu rite promisso patris sermo
ne ditans guttura Accende
lumen sensibus infunde amo
rem cordibus infirma nostri
corporis uirtute firmans per
petim Hostem repellas lon
gius pacemque dones protinus
ductore sic te preuio uitemus
omne noxium Per te sciamus
da patrem noscamus atque filium
te utriusque spiritum credamus
omni tempore Sit laus patri
cum filio sancto simul paracli
to nobis que mittat filius ca

rısma sancti spiritus Amen. ℣.
Emitte spiritum tuum et crea
buntur. Et renouabis faciem
terre. Oremus. Oratio.
Deus qui corda fidelium
sancti spiritus illustratione do
cuisti: da nobis in eodem spiri
tu recta sapere et de eius semper
sancta consolatione gaudere
Per xpm̄ dnm̄ nrm̄ Amen.

Incipiunt hore beate marie virginis secundum vsum romanu.

Domine labia mea aperies. et os meum annunciabit laude tuã.

Deus in adiutoriuum meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sctõ.

Sicut erat in principio et nuc et semper et in secula seculorũ amen. Alleluya. Inuitatoriũ.

Aue maria gratia plena dominus tecum. Psalmus

Venite exultemus dño

iubilemus deo salutari nostro
preoccupemus faciem eius in cō
fessione et in psalmis iubile
mus ei. Aue maria gratia ple
na dominus tecum. Quoniā
deus magnus dominus et rex
magnus sup omnes deos quō
non repellit dominus plebem
suam quia in manu eius sūt
omnes fines terre et altitudi
nes montium ipse conspicit
Dominus tecum. Quoniam
ipsius est mare et ipse fecit il
lud et aridam fundauerunt
manus eius uenite adorem9
et procidamus ante deum plo

remus coram domino qui fecit
nos quia ipse est dominus deus
noster nos autem populus eius
et oues pascue eius. Aue maria.
Hodie si vocem eius audieritis
nolite obdurare corda vestra si
cut in exacerbatione secūdum
diem temptationis in deserto
vbi temptauerunt me patres
vestri probauerunt et viderūt
opera mea. Dominus tecum.
Quadraginta annis proxi
mus fui generationi huic et
dixi semper hij errant corde ip
si vero non cognouerunt vias
meas meas quibus iurauī

in via mea si introibunt in re
quiem meam· Aue maria grā
plena dominus tecum Gloria
patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula se
culorum amen· Dominus te
cum· Aue maria gratia ple
na dominus tecum. Ces trois
psalmes qui sensieuent doit
on dire le dimence le lundi et
le ieudi· Antiene Benedicta tu.
Domine dominus ps.
noster qȝ admirabile
est nomen tuum in vniuer
sa terra Quoniam eleuata

est magnificentia tua super
celos. Ex ore infancium et
lactencium perfecisti laudē
propter inimicos tuos ut
destruas inimicum et ulto
rem. Quoniam uidebo ce
los tuos opera digitorū tuor̄
lunam et stellas que tu fun
dasti. Quid est homo quod
memor es eius aut filius ho
minis quoniam uisitas eū
Minuisti eum paulominus
ab angelis gloria et honore
coronasti eum et constituisti
eum super opera manuum
tuarum. Omnia subiecisti

sub pedibus eius oues et boues
uniuersas insuper et pecora campi
Volucres celi et pisces maris
qui perambulant semitas maris
Domine dominus noster quam
admirabile est nomen tuum
in uniuersa terra. Gloria patri.
Celi enarrant gloriam ps.
dei et opera manuum eius
annunciat firmamentum.
Dies diei eructat uerbum et
nox nocti indicat scienciam.
Non sunt loquele neque sermo
nes quorum non audiantur
voces eorum. In omnem ter
ram exiuit sonus eorum et in

fines orbis terre uerba eorum In
sole posuit tabernaculum suum
et ipse tanquam sponsus procedens
de thalamo suo Exultauit ut
gygas ad currendam uiam a
summo celo egressio eius Et occur
sus eius usque ad summum eius
nec est qui se abscondat a calore
eius Lex domini immaculata
conuertens animas testimoni
um domini fidele sapienciam
prestans paruulis Iusticie do
mini recte letificantes corda pre
ceptum domini lucidum illu
minans oculos Timor domini san
tus permanet in seculum seculi.

iudicia domini uera iustificata
in semetipsa. Desiderabilia super
aurum et lapidem preciosum
multum et dulciora super mel
et fauum. Etenim seruus tuus
custodit ea in custodiendis illis
retribucio multa. Delicta
quis intelligit ab occultis meis
munda me et ab alienis parce ser
uo tuo. Si mei non fuerint do
minati tunc immaculatus ero et
emundabor a delicto maximo.
Et erunt ut complaceant elo
quia oris mei et meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus et re

demptor meus. Gloria patri. ps.
Domini est terra et plenitudo
eius orbis terrarum et uni
uersi qui habitant in eo. Quia
ipse super maria fundauit eum
et sup flumina preparauit eum
Quis ascendet in montem dñi
aut quis stabit in loco sancto eius
Innocens manibus et mundo
corde qui non accepit in uano ani
mam suam nec iurauit in dolo
proximo suo. Hic accipiet bene
dictionem a domino et miām
a deo salutari suo. Hec est ge
neratio querentium eum que
rentium faciem dei iacob. At

tollite portas principes uestras et
eleuamini porte eternales et in
troibit rex glorie Quis est iste rex
glorie dominus fortis et potens
dominus potens in prelio At
tollite portas principes uestras
et eleuamini porte eternales et
introibit rex glorie Quis est
iste rex glorie dominus uirtu
tum ipse est rex glorie Gloria
patri. Añt. Benedicta tu in mu
lieribus et benedictus fructus
uentris tui. ℣. Specie tua et pul
critudine tua intende prospere
procede et regna. pater noster.
Et ne nos inducas in temptatio

nem. Sed libera nos a malo. Apres
les benedictions et les lichons
ensievant. Ces trois psalmes
qui sensievent dont on dire le mar
di et le venredi. ant. Sicut mirra. ps.
Eructauit cor meum uerbū
bonum dico ego opera mea
regi. Lingua mea calamus
scribe uelociter scribentis. Speci
osus forma pre filijs hominū
diffusa est gratia in labijs tuis
propterea benedixit te deus in
eternum. Accingere gladio
tuo super femur tuum poten
tissime. Specie tua et pulcritu
dine tua intende prospere proce

de et regna. Propter ueritatē
et mansuetudinem et iusticiā
et deducet te terribiliter dextera
tua. Sagitte tue acute popu
li sub te cadent in corda inimi
corum regis. Sedes tua deus
in seculum seculi uirga direc
tionis uirga regni tui. Dilexi
sti iusticiam et odisti iniquita
tem propterea unxit te deus dš
tuus oleo leticie pre consortibꝫ
tuis. Mirra et gutta et cassia
a uestimentis tuis a domibus
eburneis ex quibus delectaue
runt te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris

tuis in vestitu deaurato circũda
ta varietate. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam et obli
viscere populum tuum et do
mum patris tui. Et cõcupi
scet rex decorem tuum qm̃ ipse
est dominus deus tuus et ado
rabunt eum. Et filie tyri in
muneribus vultum tuum de
precabuntur omnes divites
plebis. Omnis gloria eius fi
lie regis ab intus cũ in fimbrijs
aureis circũamicta varietatibꝫ.
Adducentur regi virgines
post eam proxime eius afferẽ
tur tibi. Offerentur in leticia

et exultatione adducentur in tē
plum regis. Pro patribus tuis
nati sunt tibi filiis constitues
eos principes super omnem ter
ram. Memor ero nominis tui
domine in omni generatione
et generationem. Propterea
populi confitebuntur tibi in
eternum et in seculū seculi.
Gloria patri. Sicut erat
Deus noster refugium et
uirtus adiutor in tribu
lationibus que inuenerunt
nos nimis. Propterea non
timebimus dum turbabitur
terra et transferentur mōtes

in cor maris. Sonuerunt et
turbate sunt aque eorum con
turbati sunt montes in forti
tudine eius. Fluminis im
petus letificat ciuitatem dei
sanctificauit tabernaculum
suum altissimus. Deus in
medio eius non commouebitur
adiuuabit eam deus mane
diluculo. Conturbate sunt
gentes et inclinata sunt reg
na dedit uocem suam mota
est terra. Dominus uirtutum
nobiscum susceptor noster
deus iacob. Venite et uidete
opera domini que posuit pro

digia super terram auferens bel
la usqȝ ad finem terre. Arcum
conteret et confringet arma et
scuta comburet igni. Vacate
et uidete qm̄ ego sum deus exal
tabor in gentibus et exaltabor
in terra. Dominus uirtutũ
nobiscum susceptor noster deus
iacob. Gloria patri. Psalmus
Fundamenta eius in mon
tibus sanctis diligit dñs
portas syon super omnia taber
nacula iacob. Gloriosa dicta
sunt de te ciuitates dei. Memor
ero raab et babilonis scienciũ
me. Ecce alienigene et tyrus

et populus ethyopũ hĳ qui fue
runt illic. Nunquid syon dicet
homo et homo natus est in ea
et ipse fundauit eam altissim⁹
Dominus narrabit in scrip
turis populorum et principum
horum qui fuerunt in ea. Si
cut letancium omnium ~~nem~~
habitatio est in te. Gloria pa
tri. Sicut mirra electa odo
rem dedisti suauitatis sancta
dei genitrix. Diffusa est grã
in labijs tuis. Propterea bene
dixit te deus in eternum.
Queres les benedictions et
les lichons ensieuant.

Ces trois psalmes ensieuant
doit on dire le merquedi et le
samedi. Ant. Post partum. ps.
Cantate domino canticu͞
novum cantate domino
omnis terra Cantate domino
et benedicite nomini eius anu͞
ciate de die in diem salutare ei⁹
Annunciate inter gentes
gloriam in omnibus populis
mirabilia eius Quoniam
magnus dominus et laudabilis
nimis terribilis est super om͞s
deos Quoniam omnes dii
gencium demonia dominus
autem celos fecit Confessio

et pulcritudo in conspectu eius
sanctimonia et magnificen
cia in sanctificatione eius.
Afferte domino patrie gen
cium afferte domino gloriã
et honorem afferte domino
gloriam nomini eius Tol
lite hostias et introite in atria
eius adorate dominum ĩ atrio
sancto eius Commoueatur a
facie eius vniuersa terra dici
te in gentibus quia dominus
regnauit Etenim correxit
orbem terre qui non cõmoue
bitur iudicabit populos in
equitate Letentur celi et ex

ultet terra: cōmoueatur mare
et plenitudo eius gaudebunt
campi et omnia que in eis sūt
Tunc exultabunt omnia li-
gna siluarum a facie domini
quia uenit quoniam uenit
iudicare terram. Iudicabit
orbem terre in equitate et popu
los in ueritate sua. Gloria pā
Dominus regnauit exul
tet terra letentur ~~dicite~~
insule multe. Nubes et caligo
in circuitu eius iusticia et iudi
cium correctio sedis eius. Ig
nis ante ipsum precedet et in
flāmabit in circuitu inimicos

eius. Illuxerunt fulgura eius
orbi terre uidit et cōmota est
terra. Montes sicut cera fluxe
runt a facie domini a facie dñi
omnis terra. Annunciauerūt
celi iusticiam eius et uiderunt
oīs populi gloriam eius. Cō
fundantur omnes qui adorāt
sculptilia et qui gloriantur in
simulacris suis. Adorate eū
omnes angeli eius. audiuit et
letata est syon. Et exultaue
runt filie iude propter iudicia
tua domine. Quoniam tu do
minus altissimus super omnē
terram nimis exaltatus es sup

omnes deos. Qui diligitis dnm̄
odite malum custodit dominus
animas sanctorum suorum de
manu peccatoris liberauit eos.
Lux orta est iusto et rectis cor
de leticia. Letamini iusti in
domino et confitemini memo
rie sanctificationis eius. Glā.
Cantate domino canticū
nouum quia mirabilia
fecit. Saluauit sibi dextera
eius et brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salu
tare suum in conspectu genci
um reuelauit iusticiam suā.
Recordatus est misericordie

sue et ueritatis sue domui israel
Viderunt oms termini terre
salutare dei nostri Iubilate
deo omnis terra cantate et exul
tate et psallite Psallite domi
no in cythara in cythara et uoce
psalmi in tubis ductilibus et
uoce tube cornee Iubilate in
conspectu regis domini moue
tur mare et plenitudo eius orbis
terrarum et qui habitant in eo
Flumina plaudent manu si
mul montes exultabunt a cōspec
tu domini quoniam uenit iudi
care terram. Iudicabit orbem
terrarum in iusticia et populos

miserere nostri· Deo gratias R.
Sancta et ĩmaculata uirginitas
quibus te laudibus referam ne
scio· Quia quem celi capere nõ
poterant tuo gremio contulisti
añ Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus uentris
tui· Quia quem celi capere nõ
poterant tuo gremio cõtulisti.
Sancta maria Lectio secunda.
piarum pijssima inter
cede pro nobis sanctarum san
ctissima per te uirgo gloriosa
nostra sumat peccamina qui
pro nobis ethere natus regnat
super ethera ut sua caritate nr̃a

deleantur peccamina. Tu autem
domine miserere nostri. Deo
gratias. R. Beata es maria que
dominum portasti creatorem
mundi. Genuisti qui te fecit et
in eternum permanes virgo.
V. Aue maria gratia plena do
minus tecum. Genuisti qui te
fecit et in eternum permanes
virgo. Lectio tercia.
Sancta dei genitrix que
digne meruisti concipere quem
totus orbis nequiuit compre
hendere tuo pio interuentu cul
pas nostras ablue ut perhen
nis sedem glorie per te redempti.

valeamus scandere ubi manes
cum filio tuo sine tempore. Tu
autem domine miserere nostri.
Deo gratias. ℟. Felix namq;
es sacra uirgo maria et omni
laude dignissima. Quia ex te
ortus est sol iusticie xpūstus
deus noster. ℣. Ora pro popu
lo interueni pro clero intercede
pro deuoto femineo sexu senti
ant om̄s tuum iuuamen qui
cūq; celebrant tuam cōmemo
rationem. Quia ex te. Gloria
patri et filio et spiritui sancto.
Quia ex te ortus est sol iusticie
xpūstus deus noster. Cāticū

Te deum laudamus te do
minum confitemur Te
eternum patrem omnis terra
veneratur Tibi omnes ange
li tibi celi et universe potestates
Tibi cherubin et seraphin in
cessabili voce proclamant San
ctus Sanctus Sanctus do
minus deus sabaoth Pleni sūt
et terra maiestatis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum
chorus Te prophetarum lau
dabilis numerus Te martȳ
rum candidatus laudat exer
citus Te per orbem terrarū
sancta confitetur ecclesia Pa

trem immense maiestatis. Ve-
nerandum tuum verum et uni-
cum filium. Sanctum quoque
paraclitum spiritum. Tu rex
glorie christe. Tu patris sempi-
ternus es filius. Tu ad liberan-
dum suscepturus hominem non
horruisti virginis uterum. Tu
devicto mortis aculeo aperuisti
credentibus regna celorum. Tu
ad dexteram dei sedes in gloria
patris. Iudex crederis esse ven-
turus. Te ergo quesumus
famulis tuis subueni quos
precioso sanguine redemisti.
Eterna fac cum sanctis tuis

in gloria numerari. Saluum fac populum tuum domine et et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos usqz in eternũ. Per singulos dies benedicim^9 te. Et laudamus nomen tuũ ĩ seculum et in seculum seculi. Dignare domine die isto si ne peccato nos custodire. Mise rere nostri domine miserere no stri. Fiat misericordia tua domine sup nos quemadmo dum sperauimus in te. In te domine speraui non confun dar in eternum. Sensieult les vers qui se doiuent dire en

lievant apres. Te deum lauda
mus. Pour le demence. ℣.
Ora pro nobis sancta dei geni
trix. Ut digni efficiamur pro
missione xpristi. comme dessus
audit lieu. Et au lundi et au ieudi.
Sancta dei genitrix uirgo sep
maria. Intercede pro nobis
ad dnm deum nrm.
Et au mardi et au venredi. ℣.
Post partum uirgo inuiola
ta permansisti. Dei genitrix
intercede pro nobis.
Et au merquedi et le samedi. ℣.
Dignare me laudare te uirgo
sacrata. Da michi uirtutem co

tra hostes tuos. Ad laudes.
Deus in adiutorium
meum intende
Domine ad adiu
uandum me fes
tina Gloria patri an̄ Dominus regnauit
Dominus regnauit decorem
induit induit dominus
fortitudinem et precin
xit se Etenim firmauit orbem
terre qui non commouebitur Pa
rata sedes tua ex tunc a seculo tu
es Eleuauerunt flumina dn̄e
eleuauerunt flumina uocē suā
Eleuauerunt flumina fluct⁹
suos a uocibus aquarū multar̄

Mirabiles elationes maris mira
bilis in altis dominus. Testimo
nia tua credibilia facta sunt ni
mis domum tuam decet sanctitu
do domine in longitudinem die
rum. Gloria patri. Psalmus

Jubilate deo omnis terra
servite domino in leticia.
Introite in conspectu eius in
exultacione. Scitote qm̄ dn̄s
ipse est deus ipse fecit nos et nō
ipsi nos. Populus eius et oves
pascue eius introite portas eius
in confessione atria eius ĩ hymnis
confitemini illi. Laudate no
men eius quoniam suavis est

dominus in eternum misericor
dia eius et usque in generatione et
generationem ueritas eius.
Gloria patri. Sicut erat. Ps.
Deus deus meus ad te de lu
ce uigilo. Sitiuit in te a
nima mea quam multipliciter
tibi caro mea. In terra deserta
in uia et inaquosa sic in sancto
apparui tibi ut uiderem uirtutem
tuam et gloriam tuam. Quo
niam melior est misericordia
tua super uitas labia mea lau
dabunt te. Sic benedicam te in
uita mea in nomine tuo leua
bo manus meas. Sicut adipe

dedit fructum suum. Benedicat
nos deus deus noster benedicat
nos deus et metuant eum om̄s
fines terre. Gloria patri. Cātic̄u.
Benedicite omnia opera do
mini domino laudate et
superexaltate eum in secula. Be
nedicite angeli domini domino
benedicite celi domino. Benedi
cite aque om̄s que super celos sūt
domino benedicite omnes virtu
tes domini domino. Benedicite
sol et luna domino benedicite stel
le celi domino. Benedicite om̄s
ymber et ros domino benedicite
omnis spiritus dei domino. Be

nedicite ignis et estus domino be
nedicite frigus et estas domino
Benedicite rores et pruina
domino benedicite gelu et frigus
domino Benedicite glacies et
niues domino benedicite noctes
et dies domino Benedicite lux
et tenebre domino benedicite ful
gura et nubes domino Bene
dicat terra dominum laudet et
superexaltet eum in secula Be
nedicite montes et colles dño be
nedicite uniuersa germinancia
in terra domino Benedicite
fontes domino benedicite ma
ria et flumina domino Bene

dicite cete et omnia que mouentur
in aquis domino benedicite om̄s
volucres celi domino. Benedici
te omnes bestie et pecora domino
benedicite filij hominum domino.
Benedicat israel dominum lau
det et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini
domino benedicite serui domini
domino. Benedicite spiritus
et anime iustorum domino be
nedicite sancti et humiles corde
domino. Benedicite anania
azaria misael dominū lauda
te et superexaltate eum in secula
Benedicamus patrem et filiū

cum sancto spiritu laudemus et
superexaltemus eum in secula.
Benedictus es domine in firma
mento celi et laudabilis et glorio
sus et superexaltatus in secula
Gloria patri. Sicut erat ps.
Laudate dominum de ce
lis laudate eum in excel
sis Laudate eum omnes an
geli eius laudate eum omnes
virtutes eius Laudate eum
sol et luna laudate eum omnes
stelle et lumen Laudate eum
celi celorum et aque que sup
celos sunt laudent nomen
domini Quia ipse dixit et

facta sunt ipse mandauit et crea
ta sunt Statuit ea in eternū
et in seculum seculi preceptum
posuit et non preteribit Lau
date dominum de terra dracho
nes et omnes abyssi Ignis
grando nix glacies spiritus
procellarum que faciunt ver
bum eius Montes et omnes
colles ligna fructifera et omnes
cedri Bestie et uniuersa peco
ra serpentes et uolucres pēnate
Reges terre et omnes populi
principes et omnes iudices
terre Iuuenes et uirgines
senes cum iunioribus laudēt

nomen domini quia exaltatū
est nomen eius solius. Con
fessio eius super celum et terrā
et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis
eius filijs israel populo appropi
quanti sibi. Psalmus .cxlix.
Cantate domino canticū
nouum laus eius in ecclesia sā
ctorum. Letetur israel in eo qui
fecit eum et filie syon exultent
in rege suo. Laudent nomen
eius in choro in tympano et psal
terio psallant ei. Quia bene
placitum est domino in populo
suo et exaltauit mansuetos in

salutem Exultabunt sancti
in gloria letabuntur in cubili
bus suis Exultationes dei in
gutture eorum et gladij ancipi
tes in manibus eorum Ad
faciendam uindictam in natio
nibus increpationes in populis
Ad alligandos reges eorum
in compedibus et nobiles eorū
in manicis ferreis Ut faciāt
in eis iudicium conscriptum
gloria hec est omnibus sanctis eius
Laudate dominum in san
ctis eius laudate eum in
firmamento uirtutis eius.
Laudate eum in uirtutibus

eius laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis
eius Laudate eum in sono
tube laudate eum in psalterio
et cythara Laudate eum in
tympano et choro laudate eum
in cordis et organo Laudate
eum in cymbalis benesonantibus
laudate eum in cymbalis iubi
lationis omnis spiritus lau
det dominum. Gloria patri. an.
Sub tuam protectionem con
fugimus ubi infirmi accepe
runt virtutem propter hoc tibi
psallimus dei genitrix virgo.
Capitulum.

Hec est virgo virginum que
genuit regem regum et do
minium dominantiū· Deo grās
Aue maris stella dei ymnus
mater alma atq; semper
virgo felix celi porta Sumens
illud aue gabrielis ore funda
nos in pace mutans nomē eue
Solue vincla reis profer lumē
cecis mala nostra pelle bona cūc
ta posce. Monstra te esse matrē
sumat per te preces qui pro no
bis natus tulit esse tuus Virgo
singularis inter omnes mitis
nos culpis solutos mites fac et
castos Vitam presta puram

iter paratutum ut videntes ihesu
semper collectemur. Sit laus deo pa
tri summo xpisto decus spiritui sco
trinus honor unus amen. an̄. Spe
ciosa facta es et suavis in delicijs
tuis sancta dei genitrix. an̄. Succurre

Benedictus dominus Canticum
deus israel quia visitavit
et fecit redemptionem plebis sue
Et erexit cornu salutis nobis i̅
domo david pueri sui. Sicut lo
cutus est per os sanctorum qui a
seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui oderu̅t
nos. Ad faciendam mi̅am cu̅

patribus nostris et memorari tes
tamenti sui sancti Iusiuran
dum quod iurauit ad abraham
patrem nostrum daturum se no
bis Ut sine timore de manu
inimicorum nostrorum liberati
seruiamus illi In sanctitate
et iusticia coram ipso omnibus
diebus nostris Et tu puer pro
pheta altissimi uocaberis preibis
enim ante faciem domini para
re uias eius Ad dandam scien
ciam salutis plebi eius in remis
sionem peccatorum eorum Per
uiscera misericordie dei nostri
in quibus uisitauit nos oriens

exalto Illuminare hiis qui in
tenebris et in umbra mortis sedēt
ad dirigendos pedes nostros in ui
am pacis Gloria patri. Añ. Suc
curre alma genitrix xpisti mi
seris ad te confugientibus adiu
ua et refoue omnes qui in te con
fidunt. ora pro totius mundi
piaculo interueni pro clero inter
cede pro deuoto femineo sexu.
Dnē exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te ueniat. Orēs
Beate et gloriose semperq3 Orō
uirginis dei genitricis ma
rie quesumus omnipotens deus
ut intercessio gloriosa nos prote

gat et ad uitam pducat eternā
Omnium sanctorum tuorū
domine suffragijs implo
ramus ut a cunctis liberemur
offensis. Per dominum nostrū
iesum xpm̄ filium tuum qui
tecum uiuit et regnat in unita
te spiritus sancti deus per om̄ia
secula seculorum amen. Dn̄e
exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te ueniat. Be
nedicamus domino. Deo grās

Deus in ad primã
adiutoriũ meũ
intende. Domine
ad adiuuandũ
me festina. Gloria patri. ympnus
Memento salutis auctor
quod nostri quondam
corporis ex illibata uirgine na
scendo formam sumpseris. Ma
ria mater gratie mater miseri
cordie tu nos ab hoste protege ĩ
hora mortis suscipe. Gloria tibi
domine qui natus es de uirgine
cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. Amen. aña
Tota pulcra. Psalmus dd'.

Beatus uir qui non abijt
in consilio impiorum
et in uia peccatorum non stetit
et in cathedra pestilencie non se
dit. Sed in lege domini uoluntas
eius et in lege eius meditabitur
die ac nocte. Et erit tanquam lig
num quod plantatum est secus
decursus aquarum quod fructum
suum dabit in tempore suo. Et
folium eius non defluet et omnia
quecumque faciet prosperabuntur
Non sic impij non sic sed tanquam
puluis quem proicit uentus
a facie terre. Ideo non resur
gunt impij in iudicio neque

peccatores in consilio iustorum.
Quoniam novit dominus via
iustorum et iter impiorum pe
ribit. Gloria patri. Sicut erat
Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt
inania. Astiterunt reges terre
et principes convenerunt in
vnum adversus dominum et
adversus xpistum eius. Di
rūpamus vincula eorum et proi
ciamus a nobis iugum ipsorū
Qui habitat in celis irridebit
eos et dominus subsānabit eos
Tunc loquetur ad eos in ira
sua et in furore suo conturbabit

cos. Ego autem constitutus
sum rex ab eo super syon montē
sanctum eius predicans precep
tum eius. Dominus dixit ad
me filius meus es tu ego hodie
genui te. Postula a me et dabo
tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos
terre. Reges eos in uirga ferrea
et tanq vas figuli confringes
eos. Et nunc reges intelligite
erudimini qui iudicatis terrā
Seruite domino in timore et ex
altate ei cum tremore. Appre
hendite disciplinam nequando
irascatur dominus et pereatis

de via iusta. Cum exarserit in
brevi ira eius beati omnes qui con
fidunt in eo. Gloria patri. Ps.
Verba mea auribus percipe
domine intellige clamorem
meum. Intende voci orationis
mee rex meus et deus meus. Quoniam
ad te orabo domine mane exau
dies vocem meam. Mane asta
bo tibi et videbo quoniam non
deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malig
nus neque permanebunt iniusti
ante oculos tuos. Odisti omnes
qui operantur iniquitatem perdes
omnes qui loquuntur mendacium

Virum sanguinum et dolosū
ab hominabitur dominus ego
autem in multitudine miseri
cordie tue. Introibo in domum
tuam adorabo ad templum san
ctum tuum in timore tuo. Do
mine deduc me in iusticia tua
propter inimicos meos dirige ī
conspectu tuo viam meā. Quō
non est in ore eorum veritas cor
eorum vanum est. Sepulcrū
patens est guttur eorum linguis
suis dolose agebant iudica illos
deus. Decidant a cogitationib;
suis secundum multitudinem
impietatum eorum expelle eos

quoniam irritauerunt te dn̄e
Et letentur om̄s qui sperant
in te in eternum exultabunt et
habitabis in eis Et gloriabū
tur in te omnes qui diligunt
nomen tuum quoniam tu be
nedices iusto Domine ut scu
to bone voluntatis tue coronasti
nos. Gloria patri. an̄. Tota pul
cra es amica mea et macula
non est in te. Capitulum
Gaude maria uirgo cunctas
hereses sola interemisti in
uniuerso mundo. Deo gratias
℟ Aue maria gratia plena do
minus tecum. Benedicta tu ī

mulieribus et benedictus fructus
ventris tui. Dominus tecum. Glo
ria patri et filio et spiritui sancto
Ave maria gratia plena dominus
tecum. ℣. Sancta dei genitrix virgo
semper maria. Intercede pro no
bis ad dominum ihesum xpristum.
Domine exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te veniat. Oremus
Porrige nobis domine deus
dexteram tuam et per inter
cessionem beate et gloriose semper
virginis dei genitricis marie au
xilium nobis superne virtutis
impende. Collecta.
Omnium sanctorum tuorum

quesumus domine supplicatione
placatus et veniam nobis tribue
et remedia sempiterna concede. Per
dominum nostrum ihesum christum
filium tuum. Qui tecum vivit et
regnat in unitate spiritus san-
cti deus per omnia secula seculorum
amen. Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te veni-
at. Benedicamus domino. Deo
gratias.

larer clamaui et exaudiuit me. Do-
mine libera animam meam a la-
biis iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid appona-
tur tibi ad linguam dolosam. Sa-
gitte potentis acute cum carboni-
bus desolatoriis. Heu michi quia
incolatus meus prolongatus est
habitaui cum habitantibus cedar
multum incola fuit anima mea
Cum hiis qui oderunt pacē eram
pacificus cum loquebar illis im-
pugnabant me gratis. Gloria patri
Leuaui oculos meos in mon-
tes unde ueniet auxilium
michi. Auxilium meum a do-

mino qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedem
tuum neque dormitet qui custodit
te. Ecce non dormitabit neque dor-
miet qui custodit israel. Dominus
custodit te dominus protectio tua
super manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te neque
luna per noctem. Dominus cus-
todit te ab omni malo custodiat
animam tuam dominus. Dominus
custodiat introitum tuum et exi-
tum tuum ex hoc nunc et usque in
seculum. Gloria patri. ps. dd.
Letatus sum in hiis que dic-
ta sunt michi in domum

domini ibimus Stantes erāt
pedes nostri in atriis tuis iheru-
salem Iherusalem que edifica-
tur ut ciuitas cuius participatio
eius in idipsum Illuc enim
ascenderunt tribus tribz domini
testimonium israel ad confiten-
dum nomini domini Quia
illic sederunt sedes in iudicio se-
des super domum dauid Roga-
te que ad pacem sunt iherusalē
et habundancia diligentibus
te Fiat pax in uirtute tua et
habundancia in turribus tuis
Propter fratres meos et proxi-
mos meos loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei
nostri quesiui bona tibi. Gloria
patri. añ. In odore vnguentorũ
tuorum currimus adolescencie
dilexerunt te nimis. Capitulũ.
Beata es maria que dñm
portasti creatorem mundi
genuisti qui te fecit et ineternũ
permanes virgo. Deo gratias.
℟ Sancta dei genitrix virgo sẽp
maria. Intercede pro nobis ad
dñm ihesum xpm̃. Virgo semp
maria. Gloria patri et filio et
spiritui sancto. Sancta dei geni
trix virgo semper maria. vers.
Dignare me laudare te virgo

sacrata. Da michi virtutem contra
hostes tuos. Domine exaudi ora
tionem meam. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus. Oratio.
Famulorum tuorum que
sumus domine delictis ig
nosce ut qui tibi placere de actibus
nostris non valemus genitricis
filij tui domini nostri intercessione
sione salvemur. Alia oratio.
Ut tibi domine placere pos
simus omnium sanctorum
tuorum precibus et meritis ad
iuvemur. Per dominum nostrum.
Domine exaudi. Et clamor. Benedi
camus domino. Deo gratias.

Deus in adiu Ad sextā
torium meum in
tende. Domine ad
adiuuandum me
festina. Gloria patri. Sicut erat
Memento salutis auctor. Ym.
quod nostri quondam cor
poris ex illibata uirgine nascēdo
formam sumpseris. Maria ma
ter gratie mater misericordie tu
nos ab hoste protege in hora mor
tis suscipe. Gloria tibi dn̄e qui
natus es de uirgine cum patre
et sancto spiritu in sempiterna
secula amē. an̄ Benedicta. ps
Ad te leuaui oculos meos qui

habitas in celis. Ecce sicut ocu
li servorum in manibus domi
norum suorum. Sicut oculi an
cille in manibus domine sue
ita oculi nostri ad dominum deū
nostrum donec misereatur nrī
Miserere nostri domine misere
re nostri quia multum repleti
sumus despectione. Quia multū
repleta est anima nostra obpro
brium habundantibus et despec
tio superbis. Gloria patri. ps
Nisi quia dominus erat
in nobis dicat nunc isra
hel: nisi quia dominus erat in
nobis. Cum exurgerent homī

nes in nos forte uiuos deglutissent
nos. Cum irasceretur furor eorũ
in nos forsitan aqua absorbuisset
nos. Torrentem pertransiuit ani
ma nostra forsitan pertransisset
anima nostra aquam intollerabi
lem. Benedictus dominus qui
non dedit nos in captione dentibꝫ
eorum. Anima nostra sicut pas
ser erepta est de laqueo uenãcium
Laqueus contritus est et nos
liberati sumus. Adiutorium no
strum in nomine domini qui fe
cit celum et terrã. Gloria.
Qui confidunt in domino ps.
sicut mons syon non cõmouebi

tur in eternum qui habitat in iheru
salem. Montes in circuitu eius et
dominus in circuitu populi sui
ex hoc nūc et usq; in seculum. Quia
non relinquet dominus virgam
peccatorum super sortem iustorū:
ut non extendant iusti ad iniqui
tatem manus suas. Bene fac
domine bonis et rectis corde. Decli
nantes autem in obligationes
adducet dominus cum operanti
bus iniquitatem pax super israel
Gloria patri. ant̄. Benedicta
filia tu a domino quia per te fruc
tū vite cōmunicauim⁹. cap.
Felix namq; es sacra virgo.

maria et omni laude dignissima
quia ex te ortus est sol iusticie xps
deus noster. Deo gratias. R. Dig
nare me laudare te uirgo sacrata
Da michi uirtutem contra hostes
tuos. Virgo sacrata. Gloria pa
tri et filio et spiritui sancto. Dig
nare me laudare te uirgo sacra
ta. V. Post partum uirgo inuio
lata permansisti. Dei genitrix
intercede pro nobis. Domine ex
audi orationem meam. Et cla
mor meus ad te ueniat. Oremus
Omnipotens sempiterne
deus nos famulos tuos dex
tera potencie tue a cunctis prote

ge periculis et beata maria semper
virgine intercedente fac nos presen
ti gaudere prosperitate et futura.
Tribue quesumus domine
omnes sanctos tuos iugiter
orare pro nobis et eos semper cle
menter audire digneris. Per dnm
nostrum ihesum xpm filium tuu
qui tecum uiuit et regnat in uni
tate spiritus sancti deus per om
nia secula seculorum Amen. Do
mine exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus domino. Deo
gratias.

Deus in adiu Ad nonā.
torium meum in
tende. Domine ad
adiuuandum me
festina. Gloria patri. Hymnus.
Memento salutis auctor
quod nostri quondam cor
poris ex illibata uirgine nascēdo
formam sumpseris. Maria ma
ter gratie mater misericordie tu
nos ab hoste protege in hora mor
tis suscipe. Gloria tibi domine q̄
natus es de uirgine cum patre et
sancto spiritu in sempiterna se
cula amen. Añ. Pulcra es. Ps.
In conuertendo dominus

captiuitatem syon facti sumus
sicut consolati. Tunc repletum
est gaudio os nostrum et lingua
nostra exultatione. Tunc dicent
inter gentes magnificauit dñs
facere cum eis. Magnificauit do
minus facere nobiscum facti su
mus letantes. Conuerte dñe
captiuitatem nostram sicut torrẽs
in austro. Qui seminant in lacri
mis in exultatione metent. Eũ
tes ibant et flebant mittentes se
mina sua. Venientes autem ve
nient cum exultatione portantes
manipulos suos. Gloria
Nisi dominus edificauerit

domum in uanum laborauerunt
qui edificant eam. Nisi dominus
custodierit ciuitatem frustra uigi
lat qui custodit eam. Vanum
est vobis ante lucem surgere sur
gite postq̃ sederitis qui mandu
catis panem doloris. Cum dede
rit dilectis suis sompnum ecce
hereditas domini filij merces fru
ctus ventris. Sicut sagitte ĩ ma
nu potentis ita filij excussorum
Beatus uir qui impleuit deside
rium suum ex ipsis non confun
detur cum loquetur inimicis suis
in porta. Gloria patri. Ps.
Beati omnes qui timent do

minum qui ambulant in viis eius
Labores manuum tuarum quia
manducabis beatus es et bene tibi
erit Uxor tua sicut vitis habūdās
in lateribus domus tue Filij tui
sicut novelle olivarum in circuitu
mense tue Ecce sic benedicetur ho
mo qui timet dominum Bene
dicat tibi dominus ex syon et vide
as bona iherusalem omnibus die
bus vite tue Et videas filios filio
rum tuorum pacem super israel.
Gloria patri· añ Pulcra es et de
cora filia iherusalem terribilis ut
castrorū acies ordinata. cap
Virgo uerbo concepit virgo

permansit virgo peperit regem
omnium regum. Deo gratias. ℟.
Post partum virgo inuiolata p
mansisti. Dei genitrix intercede
pro nobis. Inuiolata pmansisti.
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Post partum uirgo inuiolata per
mansisti. ℣. Speciosa facta es et sua
uis in delicijs tuis sancta dei ge
nitrix. Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te ue
niat. Oremus. Oratio.
Concede nobis quesumus
omnipotens deus ad beate ma
rie semper uirginis gaudia eter
na pertingere de cuius nos vene

randa tribuus comemoratione gaude.
Adesto quesumus domine Oro.
supplicationibus nostris ut
qui ex iniquitate nostra reos nos
esse cognoscimus omnium sanctorum
tuorum intercessione liberemur
Per dominum nostrum ihesum
xpristum filium tuum qui tecum
viuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula secu
lorum amen. Domine exaudi ora
tionem meam. Et clamor meus
ad te veniat. Benedicamus dno.
Deo gratias.

Deus in ad vesperas.
adiutorium meū
intende. Domine
ad adiuvandum
me festina. Gloria patri. Ps dd'.
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis. Donec
ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Virgam virtutis
tue emittet dominus ex syon do
minare in medio inimicorū tuor
Tecum principium in die virtu
tis tue in splendoribus sanctorū
ex utero ante luciferum genui te
Iuravit dominus et non penite
bit eum tu es sacerdos in eternū

secundum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis confre
git in die ire sue reges. Iudi
cabit in nationibus implebit rui
nas conquassabit capita in terra
multorum. De torrente in via
bibet propterea exaltabit caput.
Gloria patri. Sicut erat. Ps.
Laudate pueri dominum:
laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum
ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum lau
dabile nomen domini. Excelsus
super omnes gentes dominus et
super celos gloria eius. Quis sicut

dominus deus noster qui in altis
habitat et humilia respicit in celo
et in terra Suscitans a terra in
opem et de stercore erigens pauperē
Ut collocet eum cum principibus
cum principibus populi sui Qui
habitare facit sterilem in domo ma
trem filiorum letantem Gloria.
Letatus sum in hijs que dicta
sunt michi in domum dñi
ibimus Stantes erant pedes nr̄i:
in atrijs tuis iherusalem Iherusa
lem que edificatur ut ciuitas cuius
participatio eius in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus
tribus domini testimoniū israel:

ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio
sedes sup domum david. Rogate
que ad pacem sunt iherusalem et ha
bundancia diligentibus te. Fiat
pax in uirtute tua et habundancia
in turribus tuis. Propter fratres
meos et proximos meos loquebar
pacem de te. Propter domum dñi
dei nostri quesiui bona tibi. Glã
Nisi dominus edificauerit do
mum in uanum laborauerunt
runt qui edificant eam. Nisi dñs
custodierit ciuitatem frustra uigi
lat qui custodit eam. Vanum ē
uobis ante lucem surgere surgite

postq̄ sederitis qui manducatis
panem doloris. Cum dederit di
lectis suis sompnum ecce hereditas
domini filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis
ita filij excussorum. Beatus vir
qui impleuit desideriū suum ex
ipsis non confundetur cum loq
tur inimicis suis ī porta. Gloria
Lauda ierusalem dominum:
lauda deum tuum syon.
Quoniam confortauit seras por
tarum tuarum benedixit filijs tuis
in te. Qui posuit fines tuos pacē:
et adipe frumenti satiat te. Qui
emittit eloquium suum terre ve

lociter currit sermo eius. Qui dat ni
uem sicut lanam nebulam sicut ci
nerem spargit. Mittit cristallum su
um sicut bucellas ante faciem frigo
ris eius quis sustinebit. Emittet
verbum suum et liquefaciet ea fla
bit spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat uerbum suum
iacob iusticias et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi
et iudicia sua non manifestauit
eis. Gloria patri. añ. Beata ma
ter et innupta uirgo gloriosa regina
mundi intercede pro nobis ad dominum.
Beata et venerabilis. capitulum.
es uirgo maria que sine tactu

pudoris inuenta es mater saluato
ris. Deo gratias. R. Xpristi uirgo dilec
tissima uirtutum operatrix opem
fer miseris. Subueni domina cla
mantibus ad te iugiter. V. Quoniam pec
catorum mole premimur et non
est qui adiuuet. Subueni domina.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Subueni domina clamantibus
ad te iugiter. Hymnus.
O quam gloriosa luce chorus
cas stirpis dauitice regia
proles sublimis residens uirgo
maria supra celigenas etheris omnes
Tu cum uirgineo mater honore
angelorum domino pectoris aulam

sacris visceribus casta parasti natꝰ
hinc deus est corpore xpistus Quē
cunctus venerans orbis adorat nũ
nunc rite genu flectitur omne a
quo nos petimus te veniente ab
iectis tenebris gaudia lucis Hoc
largire pater luminis omnis na
tum per proprium flamine sacro
qui tecum nitida viuit in ethera re
gnans ac moderans secula cũcta.
Amen ℣. Ora pro nobis sancta dei
genitrix. Vt digni efficiamur pro
missione xpisti. Añ. Sãcta maria

Magnificat anima mea do
minum Et exultauit
spiritus meus in deo salutari

meo Quia respexit humilitatem
ancille sue ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui
potens est et sanctum nomen eius
Et misericordia eius a progenie
in progenies timentibus eum.
Fecit potenciam in brachio suo
dispersit superbos mente cordis sui
Deposuit potentes de sede et exal
tavit humiles Esurientes im
plevit bonis et divites dimisit in
anes Suscepit israhel puerum
suum recordatus misericordie
sue Sicut locutus est ad patres
nostros abraham et semini eius

in secula. Gloria patri. añ Sancta
maria succurre miseris iuua pu
sillanimes refoue flebiles. ora
pro populo interueni pro clero
intercede pro deuoto femineo sexu.
Domine exaudi orationem meã.
Et clamor meus ad te ueniat. Orẽs
Concede quesumus miseri-
cors deus fragilitati nostre
presidium ut qui sancte dei geni
tricis marie memoriam agimus
intercessionis eius auxilio a nr̃is
iniquitatibus resurgamus. orõ
Da nobis quesumus dñe
omnium sanctorum tuoꝝ
semper ueneratione letari: et coꝝ

perpetua supplicatione muniri. Per dominum nostrum ihesum xpistum filium tuum· qui tecū uiuit et regnat in unitate spūs sancti deus per omnia secula seculorum amen· Domine exaudi orationem meam· Et clamor meꝰ ad te ueniat. Benedicamus dnō. Deo gratias· Fidelium anime p̄ miām dei requiescant in pace amē.

Ad completorium
Converte nos deus
salutaris noster.
Et averte iram tu
am a nobis. Deus in adiuto
rium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina.
Gloria patri. ant. Speciosa. ps.
Usquequo domine oblivisce
ris me in finem usquequo
avertis faciem tuam a me. Quã
diu ponam consilia in anima
mea dolorem in corde meo p diem
Usquequo exaltabitur inimi
cus meus super me respice et ex
audi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne unquam ob
dormiam in morte nequando dicat
inimicus meus preualui aduersus
eum. Qui tribulant me exulta
bunt si motus fuero ego autem in
misericordia tua speraui. Exulta
uit cor meum in salutari tuo can
tabo domino qui bona tribuit mi
chi et psallam nomini domini al
tissimi. Gloria patri. Sicut erat.
Iudica me deus et discerne cau
sam meam de gente non sancta
ab homine iniquo et doloso erue
me. Quia tu es deus fortitudo mea
quare me repulisti et quare tristis
incedo dum affligit me inimicus

Emitte lucem tuam et veritatē
tuam ipsa me deduxerunt et addu
xerunt me in montem sanctum
tuum et in tabernacula tua. Et
introibo ad altare dei ad deum qui
letificat iuventutem meam. Cō
fitebor tibi in cythara deus deus me⁹
quare tristis es anima mea et qua
re conturbas me. Spera in deo
qm̄ adhuc confitebor illi salutare
vultus mei et deus meus. Gloria
Sepe expugnaverunt me a ps
iuventute mea dicat nunc
israel. Sepe expugnaverunt me
a iuventute mea etenim non po
tuerunt michi. Supra dorsum

meum fabricauerunt peccatores
prolongauerunt iniquitatem suā
Dominus iustus concidet ceruices
peccatorum confundantur et conuer
tantur retrorsum om̄s qui oderūt
syon Fiant sicut fenum tectorū
quod priusquā euellatur exaruit.
De quo non impleuit manū
suam qui metet et sinum suum
qui manipulos colliget Et nō
dixerunt qui preteribant benedic
tio domini sup vos benediximus
vobis in nomine dnī Gloria.
Domine non est exaltatū
cor meum neq; elati sunt
oculi mei Neq; ambulaui in

magnis neq; in mirabilibus sup
me. Si non humiliter sentiebã
sed exaltaui animam meã. Sicut
ablactatus est super matre sua ita
retributio in anima mea. Spe
ret israel in domino ex hoc nunc
et usq; in seculum. Gloria patri.
℣. Speciosa facta es et suauis in
delicijs tuis sancta dei genitrix. Ympn'
Uirgo singularis inter oms
mitis: nos culpis solutos:
mites fac et castos. Uitam presta
puram iter para tutum ut videtes
ihesum semper colletemur. Sit
laus deo patri summo xpristo decus
spiritui sancto trinus honor vn9 x.

Sicut cynamomum· capitulū
et balsamum aromatizāns
odorem dedi quasi mirra electa dedi
suauitatem odoris· Deo gratias. ℣.
Dignare me laudare te uirgo sa
crata· Da michi uirtutem contra
hostes tuos aň. Beata progenies.
Nunc dimittis seruum tuū
domine secundum verbū
tuum in pace Quia viderunt
oculi mei salutare tuum Quod
parasti ante faciem omnium po
pulorum. Lumen ad reuelatio
nem gentium et gloriam plebis
tue israel. Gloria patri. aňt.
Beata progenies vnde xpistus

natus est quam gloriosa est uirgo
maria que celi regem genuit. Domine
exaudi orationem meam. Et cla-
mor meus ad te ueniat. Oremus.
Protege domine famulos oratio.
tuos subsidijs pacis et beate
marie semper uirginis patrocinijs
confidentes a cunctis hostibus
redde securos. Collecta.
Infirmitatem nostram que-
sumus domine propicius
respice: et mala omnia que iuste
meremur: omnium sanctorum
tuorum intercessione auerte. Per
dominum nostrum ihesum christum
filium tuum. qui tecum uiuit et

regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. Domine exaudi oratione͂ meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fidelium anime per misericordiam dei requiescant in pace. Amen. Salutacio ad mariam

Salue regina misericordie uita. dulcedo et spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij eue. Ad te suspiramus geme͂tes et flentes in hac lacrimaru͂ valle. Eya ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et ihesum benedic

tum fructum uentris tui nobis
post hoc exilium ostende. O clemēs
O pia O dulcis maria. V. Aue ma
ria gratia plena dominus tecū.
Benedicta tu in mulieribus et be
nedictus fructus uentris tui. Orēs
Concede nos famulos tuos
quesumus domine deus
perpetua mentis et corporis sani
tate gaudere; et gloriosa beate
marie semper uirginis intercel
sione a p̄sēti liberari tristicia
et eterna perfrui leticia. Per xp̄m
dominum nostrum. Amen.

Sequitur missa beate marie v[ir]gis

Et introibo ad altare
dei. Ad deum qui leti
ficat iuventutē meā

Dignare domine
die isto. Sine peccato nos custodire

Confitemini domino qm̄ bon[us]
Quoniam in seculum mīa eius

Confiteor deo celi et beate ma
rie virgini et omnibus san
ctis dei et vobis pater quia ego infe
lix peccator peccavi nimis contra
legem dei mei cogitatione locutio
ne consensu visu verbo mente et
opere. mea culpa mea culpa mea
maxima culpa. Ideo precor beatissi

Glorificamus te. Gracias agi
mus tibi propter magnam glo
riam tuam. Domine deus rex ce
lestis deus pater omnipotēs. Dn̄e
fili unigenite ihesu xpiste. Dn̄e
deus agnus dei filius patris. Qui
tollis peccata mundi miserere
nobis. Qui tollis peccata mūdi
suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram patris
miserere nobis. Quoniam tu so
lus sanctus. Tu solus dominus
tu solus altissimus ihesu xpiste
Cum sancto spiritu in gloria dei
patris amen. Collecta
Concede nos famulos tuos

quesumus domine deus perpetua
mentis et corporis salute gaudere
et gloriosa beate marie semper
virginis intercessione a presenti
liberari tristicia et eterna perfrui
leticia. Per dominum nostrum
ihesum xpistum filium tuum
qui tecum vivit et regnat in uni
tate spiritus sancti deus per omīa
secula seculorum amen.
Ab initio lectio libri sapiētie.
et ante secula creata sum
et usq; ad futurum seculum nō
desinam et in habitacione sancta
coram ipso ministravi. Et sic in
syon firmata sum; et in civitate

sanctificata similiter requieui: et i
herusalem potestas mea. Et radica
ui in populo honorificato et in
partes dei mei hereditas illius: et
in plenitudine sanctorum deten
cio mea. Gr. Benedicta et venera
bilis es uirgo maria que sine
tactu pudoris inuenta es ma
ter saluatoris. V. Uirgo dei geni
trix quem totus non capit orbis
in tua se clausit uiscera factus
homo. Alleluya. V. Post partum
virgo inuiolata permansisti.
Dei genitrix intercede pro nobis
alleluya. Sequencia sci euangelij
secundum lucam. Gloria t dne.

In illo tempore. Loquente ihesu
ad turbas. extollens vocem quedã
mulier de turba dixit illi. Beatꝰ
venter qui te portauit et ubera q̃
suxisti. At ille dixit. Quinymmo
beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud. Deo gracias

Credo in vnum deum. patrẽ
omnipotentem factorem
celi et terre. Visibilium omniũ
et inuisibilium. Et in vnum do
minum ihesum xpristum filiũ
dei vnigenitum. Et ex patre na
tum ante omnia secula. Deum
de deo lumen de lumine deũ verũ
de deo vero. Genitum non factũ

consubstancialem patri per quē
omnia facta sunt. Qui propter
nos homines et propter nostram
salutem descendit de celis. Et incar
natus est de spiritu sancto ex ma
ria uirgine et homo factus est. Cru
cifixus etiam pro nobis sub pon
cio pylato passus et sepultus est.
Et resurrexit tercia die secundū
scripturas. Et ascendit in celum
sedet ad dexteram patris. Et ite
rum venturus est cum gloria
iudicare viuos et mortuos cuius
regni non erit finis. Et in spm̄
sanctum dominum et uiuifican
tem. qui ex patre filioque procedit.

Qui cum patre et filio simul ado
ratur et conglorificatur: qui locu
tus est per prophetas. Et unam
sanctam catholicam et apostoli
cam ecclesiam. Confiteor unum
baptisma in remissionem pecca
torum. Et expecto resurrectionẽ
mortuorum. Et vitam ventu
ri seculi. Amen. offr Felix namq;
es sacra virgo maria et omni lau
de dignissima. Quia ex te ortus
est sol iusticie xpistus deus nr̃.
Sanctus Sanctus Sanctus
dominus deus sabaoth. Pleni
sunt celi et terra gloria tua osan
na in excelsis. Benedictus qui

venit in nomine domini osanna
in excelsis. Agnus dei qui tollis
peccata mundi miserere nobis
Agnus dei qui tollis peccata
mundi miserere nobis. Agnus
dei qui tollis peccata mundi dona
nobis pacem. Co͞ Beata viscera
marie virginis que portauerũt
eterni patris filium &c. Collecta
Gratiam tuam quesumus
domine mentibus nostris
infunde; ut qui angelo nũciãte
xpristi filij tui incarnationem
cognouimus per passionem eius
et crucem ad resurrectionis glo
riam perducamur. Per eũdẽ xp̃m

dominum nostrum Amen.

Sequencia sancti euangelij secūdū lucam. Gloria tibi domine.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginē desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid. Et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutacio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria. Inuenisti enim gra

tiam apud dominum. Ecce concipies
in utero et paries filium et vocabis
nomen eius ihesum. Hic erit mag
nus et filius altissimi vocabitur.
Et dabit illi dominus deus sedem
david patris eius. et regnabit in
domo iacob in eternum et regni
eius non erit finis. Dixit autem
maria ad angelum. Quomodo
fiet istud qm̄ virum non cogno
sco. Et respondens angelus dixit
ei. Spiritus sanctus superveniet
in te et virtus altissimi obūbra
bit tibi. Ideoq; et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei
Et ecce elyzabeth cognata tua et ipā

concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. fiat michi secundum verbum tuum. Deo gratias. Sequencia sancti evangelii secundum matheum. Gloria tibi domine.

Cum natus esset ihesus in diebus herodis regis ecce magi ab oriente venerunt iherosolimam dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum. Audiens

autem herodes rex turbatus est
et omnis iherosolima cum eo·
Et congregans omnes principes
sacerdotum et scribas populi sci
scitabatur ab eis ubi xpistus
nasceretur· At illi dixerunt ei· In
bethleem iude· Sic enim scriptū
est per prophetam· Et tu bethleē
terra iuda nequaquā minima es
in principibus iuda· Ex te enim
exiet dux qui regat populum me
um israel. Tunc herodes clam vo
catis magis diligenter didicit
ab eis tempus stelle que apparuit
eis· Et mittens eos in bethleem di
xit· Ite et interrogate diligenter

de puero: et cum inveneritis
renunciate michi· ut et ego veniẽs
adorem eum· Qui cum audisset
regem abierunt· Et ecce stellam
quam viderant in oriente ante
cedebat eos usqꝫ dum veniens
staret supra ubi erat puer· Vidẽ
tes autem stellam gavisi sunt
gaudio magno valde· Et intrã
tes domum invenerunt puerũ
cum maria matre eius· Et proci
dentes adoraverunt eum·
Et apertis thesauris suis obtu
lerunt ei munera aurũ thus
et mirram· Et responso accepto
in sompnis ne redirent ad hero

dem per aliam viam reversi sunt
in regionem suam. Deo gratias
Sequentia sancti evangelij secū-
dum marcum. Gloria tibi dñe
In illo tempore. Recumbenti-
bus undecim discipulis ap-
paruit illis ihesus et exprobra-
vit incredulitatē illorum et duriciam
cordis quia hijs qui viderant eū
resurrexisse a mortuis non cre-
diderunt. Et dixit eis. Et dixit eis
Euntes in mundum universū
predicate evangelium omni cre-
ature. Qui crediderit et baptisat⁹
fuerit salvus erit. Qui vero nō
crediderit condempnabitur. Sig

na autem eos. Qui crediderīt. hec
sequentur: In nomine meo demo
nia eicient. linguis loquētur no
uis serpentes tollent. Et si morti
ferum quid biberint eis non no
cebit. Super egros manus imponēt
et bene habebunt. Et dominus qui
dem ihesus postq̃ locutus est eis.
assumptus est in celum et sedet
ad dexteram dei. Illi autem pro
fecti predicauerunt ubiq; dño coope
rante et sermonem confirmāte
sequentibus signis. Deo gracias.

Inicium sancti euāgelij secūdū
Iohannem. Gloria tibi domine.

In principio erat uerbum: et uer

bum erat apud deum et deus erat
verbum· Hoc erat in principio apud
deum omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil· Quod
factum est in ipso vita erat et vita
erat lux hominum· Et lux in tene
bris lucet et tenebre eam non cō
prehenderunt. Fuit homo miss⁹
a deo cui nomen erat iohannes·
Hic venit in testimonium ut tes
timonium perhiberet de lumine
ut om̄s crederent per illum· Non
erat ille lux sed ut testimonium
perhiberet de lumine· Erat lux
vera que illuminat omnem ho
minem venientem in hunc mū

dum· In mundo erat et mundus
per ipsum factus est et mundus
eum non cognouit. In propria ve
nit et sui eum non receperunt.
Quodquot autem receperunt
eum dedit eis potestatem filios
dei fieri· Hijs qui credunt in no
mine eius qui non ex sangui
nibus neq; ex voluntate car
nis neq; ex voluntate viri· sed ex
deo nati sunt et verbum caro
factum est et habitauit in nobis
et vidimus gloriam eius gloriã
quasi vnigeniti a patre· plenũ
gracie et veritatis· Deo gracias
per hec euangelica dicta deleãtur

vniuersa nostra delicta Amen.

Oratio ad beatam uirginem mariã

Obsecro te domina sancta maria mater dei pietate plenissima summi regis filia mater gloriosissima mater orphanorum cõsolatio desolatorum via errantiũ salus et spes in te sperancium virgo ante partum virgo in partu et virgo post partum· fons misericordie fons salutis et gratie fons pietatis et leticie fons consolationis et indulgencie· per illam sanctam et inestimabilem leticiam tuam· qua exultauit spiritus tu⁹ in illa hora quando tibi per ga

brielem archangelum annũciatus
et conceptus filius dei fuit· per il
lud diuinum misterium quod
tunc operatus est in te spiritus
sanctus· Et per illam sanctam et
inestimabilem pietatem mĩam
amorem et humilitatem p quas
filius dei descendit accipere huma
nam carnem in venerabilissimo
vtero tuo et in quibus te respexit
quando te cõmendauit sancto io
hanni apostolo et euangeliste· Et
quando te exaltauit super choros
angelorum· Et per illam sanctã
et inestimabilem humilitatem
ĩ qua respondisti angelo gabrieli

dicendo ecce ancilla domini fiat
michi secundum verbum tuum
Et per illa sanctissima quindecim
gaudia que habuisti de filio tuo
domino nostro ihesu xpristo· Et
per illam maximam compassio
nem et acerbissimum dolorem
cordis tui quem habuisti quando
filium tuum dominum nostrum
ihesum xpistum ante crucem nuda
tum et in ipsa leuatum vidisti
pendentem crucifixum vulnera
tum sicientem fel apponi· hely cla
mantem audisti et morientem
vidisti· Et per quinque vulnera
filij tui· Et per contractionem viscer

suorum pre nimio dolore vulner
Et per dolorem quem habuisti quā
do vidisti eum vulnerari. Et per
fontes sanguinis sui. et per omnē
passionem eius. et per omnem dolo
rem cordis tui. et per fontes lacri
marum tuarum. ut cum omni
bus sanctis et electis dei veni. et
festina in auxilium et consiliū
meum. in omnibus orationibꝫ
et requestis meis et in omnibus
angustijs et necessitatibus meis
et in omnibus rebus illis in qui
bus ego sum facturus loquuturus
aut cogitaturus omnibus die
bus ac noctibus horis atqꝫ momē

tus vite mee. Et michi famulo tuo
.N. impetres a dilecto filio tuo. com
plementum omni misericordia
et consolatione omni auxilio et
consilio omni adiutorio benedic
tione et sanctificatione. et omni
salutatione pace et prosperitate.
et omni gaudio et alacritate. Eci
am habundanciam omnium bo
bonorum spiritualium et corpo
ralium. Et gratiam sancti spūs
qui me bene per omnia disponat
aīam meam custodiat corpus re
gat sensus erigat cursum dirigat
actus probet vota et desideria mea
perficiat cogitationes sanctas in

stituat preterita mala indulgeat
presencia emendet futura modere
tur vitam honestam et honora
bilem michi tribuat et victoriã
contra omnes adversitates hui⁹
mundi beatam pacem spiritualē
et corporalem michi tribuat bonā
spem caritatem fidem castitatem
humilitatem et pacienciam et qui
q; sensus corporis mei regat et pro
tegat Septem opera misericordie
cōplere me faciat Duodecim articu
los fidei et decem precepta legis fir
miter credere et tenere me faciat
Et a septem peccatis mortalibus
me liberet et defendat usq; in finē

vite mee. Et in nouissimis diebꝫ
meis ostende michi faciem tuā
et annuncia michi diem et horā
obitus mei. Et hanc orationem
meam supplicem suscipias et ex
audias. et vitam eternam michi
tribuas. Audi et exaudi me dul
cissima maria mater dei et mise
ricordie amen. *Orō ad btā mariā*
et ad sctm̄ iohannem euāgelistā.
O intemerata et ineternum
benedicta singularis atqꝫ
incomparabilis virgo dei geni
trix maria gratissimum dei tē
plum spiritus sancti sacrarium
ianua regni celorum per quam

post mundum totus viuit orbis
terrarum inclina mater miseri
cordie aures tue pietatis indig
nis supplicationibus meis Et
esto michi miserrimo peccatori
pia in omnibus auxiliatrix· O
iohannes beatissime xpristi fa
miliaris et amice qui ab eodem
domino nostro ihesu xpristo vir
go es electus et inter ceteros ma
gis dilectus atqz misteriis celesti
bus ultra omis imbutus· Apposto
lus eius et euangelista factus
es preclarissimus· Te eciam inuo
co cum maria matre eiusdem sal
uatoris nostri· ut michi opem

tuam cum ipsa conferre digneris
O due gemme celestes maria et
iohannes· O duo luminaria di/
uinitatis ante deum lucencia
vestris radijs scelerum meorum/
effugate nubila· vos enim estis
illi duo in quibus deus pater per
filium suum specialiter edifica/
uit sibi domum· Et in quibus
ipse filius dei ob sincerissime vir/
ginitatis meritum dilectionis
sue confirmauit preuilegium
in cruce pendens vni vestrum ita
dicens· Mulier ecce filius tuus·
Deinde dixisti discipulo· Ecce ma
ter tua· In huius ergo tam sacra/

tissimi amoris dulcedine qua tūc
ore dominico velut mater et fili⁹
ad inuicem coniuncti estis vobis
duobus ego miserrimus pecca-
tor cōmendo hodie corpus meū
et animam meam ut in omīb;
horis atq; momentis interius
et exterius firmi custodes et pij
apud deum intercessores michi
existere dignemini. Credo enim
firmiter et indubitanter fateor q̄
velle vestrum velle dei est et nolle
vestrum nolle dei est. vnde quicq̄d
ab illo petitis sine mora obtine-
tis. Per hanc ergo tam potentis-
simam vestre dignitatis virtutē

posscite queso michi peccatori corpo
ris et anime salutem· Agite queso
agite vestris sacris orationibus et
supplicationibus meis ut cor meū
inuisere et inhabitare dignetur spi
ritus almus animarum consola
tor· et gratiarum largitor optimus
Qui me a cunctis viciorum sordi
bus expurget et emundet virtu
tibus sacris illustret et exornet.
In dilectione dei et proximi mei
perfecte stare et perseuerare me
faciat. Et sic post huius vite trā
sitione cursum ad gaudia me
ducat electorum suorum benig
nissimus paraclitus· Qui cum

patre et filio coeternus et consubstā
cialis cum eis et in eis uiuit et re
gnat omnipotēs deus in secula se
culorum amen·
De sctō iohanne baptista· Añt
Inter natos mulierum non
surrexit maior iohanne bap
tista· V. Fuit homo missus a deo·
cui nomen erat iohannes· Oremꝰ
Perpetuis nos domine sancti
iohānis baptiste nos tuere
presidijs et q̃to fragiliores sum
tanto magis necessarijs attolle
suffragijs per xp̄m dnm̄ nrm̄ A.
De sancto iohanne euāgelista·
Iste est iohannes qui supra pec

tus domini in cena recubuit. ℣. Valde honorandus est beatus iohannes. Qui supra pectus domini in cena recubuit. Oremus. Oratio

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra ut beati apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per xpm.

De sancto michaele archangelo.

Factum est silentium in celo dum draco committeret bellum et michael pugnauit cum eo et fecit victoriam. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi domine adorabo ad templum sanctum

tuum et confitebor nomini tuo Oīs

Deus qui miro ordine ange
lorum ministeria hominumq;
dispensas· concede propicius ut a
quibus te ministrantibus ī celo
semper assistitur ab hys in terra
vita nostra muniatur· P xp̄m.

De sancto petro et paulo· Añt.

Petrus apostolus et paulus
doctor gencium ipsi nos do
cuerunt legem tuam domine. V̄.
In omnem terram exiuit sonus
eorum· Et in fines orbis terre ver
ba eorum· Oremus Orō.
Deus cuius dextera beatum
petrum apostolum ambulantē

in fluctibus ne mergeretur erexit
et coapostolum eius paulum ter
cio naufragantem de profundo
pelagi liberauit· exaudi nos pro
picius et concede ut amborum
meritis eternitatis gloriam cõ
sequamur· per xpm̄ dnm̄ nrm̄ x·

De sancto sebastiano cõmemoracio.

O q̃ mira refulsit gratia se
bastianus martir inclitus
qui militans portans insignia
sed de fratrum palma sollicitus
confortauit corda pallencia uerbo
sibi collata celitus. ℣. Ora pro no
bis beate martir sebastiane· Ut
digni efficiamur promissione xpi.

Deus qui beatum sebastia- Or*.
num gloriosum martirem
tuum in tua dilectione tam ar-
denter solidasti ut nullis carni
ficum blandimentis sive sagit-
tis aut tormentis a tua potuit
cultura revocari· da nobis que
sumus contra pestem ꝑ perdimie
remedium quatinus possimus
contra omnes dyabolicas insi-
dias viriliter dimicare· ꝑ xpm̄.

De sancto nicholao cōmemoratio

Beatus nicholaus adhuc
puerulus multo ieiunio
macerabat corpus. Ora pro
nobis beate nicola· ut digni ef-

ficiamur promissione xpi. Oremus.
Deus qui beatum nicholaum
pontificem tuum innume
ris decorasti miraculis· tribue no
bis quesumus ut eius meritis et
precibus a gehenne ignis incen
dijs liberemur Per xpistum.

De sancto anthonio commemoratio

Vox de celis ad anthonium
facta est quoniam viriliter dimi
casti ecce ego tecum sum et faciam
te in toto orbe nominari ℣. Ora
pro nobis beate pater anthoni.
Ut digni efficiamur promissione
xpisti· Oremus. Oratio.
Deus qui concedis obtentu

beati anthonij confessoris tui mor
bidum ignem extingui et mēbris
egris refrigeria prestari· fac nos
propicius ipsius meritis et preci
bus a gehenne ignis incendijs libe
ratos integros mente et corpore
tibi feliciter in gloria presentari.
Per xp̄m dn̄m nostrum amen.
De sancto xpristoforo cōmem̄

O martir xpristofore miles ihe
su xpristi tu pro xpristi no
mine penas sustulisti opem con
fer miseris atq; mundo tristi
qui celestem gloriam morte me
ruisti· ℣ Ora pro nobis beate mar
tir xpristofore· ut digni efficiamur

promissione xpristi. Oremus. Oro.

Presta quesumus omnipotēs deus ut qui beati xpristofori martiris tui memoriam agimus eius meritis et precibus a morte subitanea peste fame et timore ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum liberemur. per te ihesu xpriste quem ipse meruit in humeris portare. Qui uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

De sancta barbara cōmemoratio

Ora pro nobis sancta barbara dyoscori filia martir gloriosa ut consequi mereamur ueram contritionem puram confessionē

Incipiunt septē ps̄ penitēciales.

Domine ne in furo
re tuo arguas me
neqȝ in ira tua
corripias me. Mi
serere mei domine quoniam in
firmus sum sana me domine
quoniam conturbata sunt os
sa mea. Et anima mea turba
ta est valde sed tu domine usque
quo. Conuertere domine et
eripe animam meam saluum
me fac propter misericordiam
tuam. Quoniam non est in
morte qui memor sit tui ī infer
no autem quis confitebitur

tibi. Laboraui in gemitu meo
lauabo per singulas noctes lectu͞
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo. Turbatus est a
furore oculus meus inueteraui
inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem qm͞ exau
diuit dominus uocem fletus mei.
Exaudiuit dominus depreca
tionem meam dominus oratione͞
meam suscepit. Erubescant et
conturbentur uehementer om͞s
inimici mei conuertantur et
et erubescant ualde uelociter.
Gloria patri. Sicut erat.

Beati quorum remisse sunt
iniquitates et quorum
tecta sunt peccata. Beatus vir
cui non imputauit dominus
peccatum nec est in spiritu eius
dolus. Quoniam tacui inuete
rauerunt ossa mea dum clama
rem tota die. Quoniam die ac
nocte grauata est sup me man'
tua conuersus sum in erumpna
mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum
tibi feci et iniusticiam meam
non abscondi. Dixi confite
bor aduersum me iniusticiā
meam domino et tu remisisti

impietatem peccati mei. Pro hac
orabit ad te omnis sanctus in tẽ
pore oportuno. Verumptamẽ
in diluuio aquarum multarũ
ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribu
latione que circũdedit me exulta
cio mea erue me a circũdantibꝫ
me. Intellectum tibi dabo et in
struam te in via hac qua gradie
ris firmabo super te oculos meos
Nolite fieri sicut equus et mu
lus quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui non ap
proximant ad te. Multa fla

gella peccatoris sperantem autẽ
in domino misericordia circũ
dabit. Letamini in domino
et exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde. Gloria patri.

Domine ne in furore tuo
arguas me neq; in ira
tua corripias me Quoniam
sagitte tue infixe sunt michi et
confirmasti super me manum
tuam Non est sanitas ĩ car
ne mea a facie ire tue non est
pax ossibus meis a facie pecca
torum meorum Quoniam
iniquitates mee supergresse
sunt caput meum et sicut on-

graue grauate sunt super me
Putruerunt et corrupte sunt
cycatrices mee a facie insipien
cie mee Miser factus sum et
curuatus sum usq; in finem
tota die contristatus ingredie
bar Quoniam lumbi mei ĩ
pleti sunt illusionibus et non
est sanitas in carne mea Af
flictus sum et humiliatus sum
nimis rugiebam a gemitu cor
dis mei Domine ante te om
ne desiderium meum et gemi
tus meus a te non est abscon
ditus Cor meum conturbatū
est dereliquit me virtus mea et

lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Ami ci mei et proximi mei aduer sum me appropinquauerũt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt et vim faciebant qui querebant ani mam meam. Et qui inqui rebant mala michi locuti sunt vanitates et dolos tota die me ditabantur. Ego autem tanq̃ surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suũ. Et factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones. Qm̃

in te domine speraui tu exaudi
es me domine deus meus. Quia
dixi nequando supergaudeant
michi inimici mei et dum com
mouentur pedes mei super me
magna locuti sunt. Quoniam
ego in flagella paratus sum et
dolor meus in conspectu meo semper
Quoniam iniquitatem meam
annunciabo et cogitabo pro pec
cato meo. Inimici autem mei
uiuunt et confirmati sunt sup
me et multiplicati sunt qui ode
runt me inique. Qui retribu
unt mala pro bonis detrahebant
michi quoniam sequebar boni

tatem. Ne derelinquas me
domine deus meus ne discesse
ris a me. Intende in adiuto
rium meum domine deus sa
lutis mee. Gloria patri. ps.
Miserere mei deus secun
dum magnam mi͞am
tuam. Et secundum multi
tudinem miserationum tuaꝝ
dele iniquitatem meam. Am
plius laua me ab iniquitate
mea et a peccato meo munda
me. Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et peccatū
meum contra me est semper
Tibi soli peccaui et malum

coram te feci ut iustificeris in
sermonibus tuis et vincas cū
iudicaris. Ecce enim in ini
quitatibus conceptus sum et
in peccatis concepit me mater
mea. Ecce enim veritatem di
lexisti incerta et occulta sapien
cie tue manifestasti michi. Asp
ges me domine ysopo et mun
dabor: lauabis me et sup niuē
dealbabor. Auditui meo da
bis gaudium et leticiam et ex
ultabunt ossa humiliata. Aue
te faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas
dele. Cor mundum crea in

me deus et spiritum rectum
innoua in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne
auferas a me. Redde michi
leticiam salutaris tui et spiritu
principali confirma me. Doce
bo iniquos vias tuas et impii
ad te conuertentur. Libera me
de sanguinibus deus deus salu
tis mee et exultabit lingua mea
iusticiam tuam. Domine
labia mea aperies et os meum
annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrifi
cium dedissem utiq; holocaustis

non delectaberis. Sacrificium
deo spiritus contribulatus cor
contritum et humiliatum deus
non despicies. Benigne fac
domine in bona voluntate tua
syon ut edificentur muri iheru
salem. Tunc acceptabis sacri
ficium iusticie oblationes et ho
locausta tunc imponent super
altare tuum uitulos. Gloria

Domine exaudi orationē
meam et clamor meus
ad te ueniat. Non auertas fa
ciem tuam a me inquacūq;
die tribulor inclina ad me aurē
tuam. In quacūq; die inuo

cauero te uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus
dies mei et ossa mea sicut cremiū
aruerunt. Percussus sum ut
fenum et aruit cor meum quia
oblitus sum comedere panem
meum. A uoce gemitus mei
adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano
solitudinis et factus sum sicut
nicticorax in domicilio. Vigi
laui et factus sum sicut passer
solitarius in tecto. Tota die ex
probrabant michi inimici mei
et qui laudabant me aduersū
me iurabant. Quia cynerem

tanq̃ panem manducabam et
potum meum cum fletu miscē
bam. A facie ire indignationis
tue quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declina
uerunt et ego sicut fenum arui
Tu autem domine in eternū
permanes et memoriale tuum
in generatione et generationē
Tu exurgens domine misere
beris syon quia tempus misere
rendi eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius et terre eius mi
serebuntur. Et timebunt gē
tes nomen tuum domine et

omnes reges terre gloriam tuā.
Quia edificauit dominus syon
et videbitur in gloria sua. Respe
xit in orationem humilium et
non spreuit precem eorum. Scri
bantur hec in generatione altera
et populus qui creabitur lauda
bit dominum. Quia prospexit
de excelso sancto suo dominus de
celo in terram aspexit. Ut au
diret gemitus compeditorum
ut solueret filios interemptorum
Ut annuncient in syon no
men domini et laudem eius in
ierusalem. In conueniendo
populos in unum et reges ut

seruiant domino. Respondit
ei in via uirtutis sue paucitatē
dierum meorum nuncia michi
Ne reuoces me in dimidio die
rum meorum in generatione
et generationem anni tui. Ini
tio tu domine terram fundasti:
et opera manuum tuarum sūt
celi. Ipsi peribunt tu autem per
manes et omīs sicut vestimen
tum veterascent. Et sicut oper
torium mutabis eos et mutabū
tur tu autem idem ipse es et āni
tui non deficient. Filij seruoꝝ
tuorum habitabunt et semen eoꝝ
in seculum dirigetur. Gloria.

De profundis clamaui ad
te domine domine exaudi
vocem meam. Fiant aures tue
intendentes in vocem deprecatio
nis mee. Si iniquitates obser
uaueris domine domine quis
sustinebit. Quia apud te pro
piciatio est et propter legem tuā
sustinui te domine. Sustinuit
anima mea in uerbo eius spera
uit anima mea in domino.
A custodia matutina usq; ad
noctem speret israhel in domino.
Quia apud dominum mīa
et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israhel: ex om

nibus iniquitatibus eius. Glã
Domine exaudi orationẽ
meam auribus percipe
obsecrationem meam in veri
tate tua exaudi me in tua iusti
cia. Et non intres in iudiciũ
cum servo tuo quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo om̃is
vivens. Quia persecutus est ĩni
micus animam meam humi
liavit in terra vitam meã. Col
locavit me in obscuris sicut mor
tuos seculi et anxiatus est super
me spiritus meus in me turba
tum est cor meum. Memor fui
dierum antiquorum medita

tus sum in omnibus operibus
tuis in factis manuum tuarũ
meditabar. Expandi manus
meas ad te anima mea sicut ter
ra sine aqua tibi. Velociter ex
audi me domine defecit spirit⁹
meus. Non avertas faciem
tuam a me et similis ero descen
dentibus in lacum. Auditã
fac michi mane miãm tuam
quia in te speravi. Notam fac
michi viam in qua ambulem
quia ad te levavi animã meã.
Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me fa
cere voluntatem tuam quia

deus meus es tu Spiritus tu[us]
bonus deducet me in terram rec
tam propter nomen tuum do
mine uiuificabis me in equi
tate tua Educes de tribula
tione animam meam et i mi
sericordia tua disperdes omnes
inimicos meos Et perdes om̄s
qui tribulant animam meā
quoniam ego seruus tuus sū.
Gloria patri et filio et spiri
tui sancto Sicut erat in prin
cipio et nunc et semper et in se
cula seculorum amen,
Parce domine parce populo
tuo quem redemisti xp̄o sto

precio sissimo sanguine tuo ne
ineternum irascaris ei. Letania.
Kyrie leyson. Xpiste
leyson. Kyrie leyson.
Xpiste audi nos. Pater de
celis deus miserere nobis. Fili
redemptor mundi deus misere
re nobis. Spiritus sancte de[us]
miserere nobis. Sancta tri
nitas unus deus miserere no
bis. Sancta dei genitrix. ora
Sancta virgo virginu[m]. ora
Sancte michael. ora
Sancte gabriel ora
Sancte raphael ora
Omnes sancti angeli et ar

Sancte uincenti. or
Sancte piate cū sociis tuis or
Sancte ypolite. or
Sancte dyonisi cū sociis tuis or
Sancte maurici cū sociis tuis or
Sancte nichasi cū sociis tuis or
Sancte quintine cū sociis tuis or
Sancte gereon cū sociis tuis or
Sancte cosma or
Sancte damiane. or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane. or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Sancte crispine. or
Sancte crispiniane. or

Sancte grisogone. or
Sancte xpristofore or
Sancte leodegari or
Sancte blasi or
Sancte lamberte. or
Sancte firmine. or
Sancte luuine. or
Sancte thoma. or
Omnes sancti martires orate
Sancte siluester. or
Sancte gregori or
Sancte leo. or
Sancte hylari or
Sancte martine or
Sancte nicholae or
Sancte augustine or

Sancte ambrosi or
Sancte eleutheri or
Sancte iheronime. or
Sancte benedicte or
Sancte remigi or
Sancte germane or
Sancte vedaste. or
Sancte amande or
Sancte medarde. or
Sancte eligi. or
Sancte egydi or
Sancte bavo. or
Sancte gaugerice or
Sancte bricti or
Sancte amate or
Sancte euurti or

Sancte gillene ~ ~ or
Sancte bernarde ~ ~ or
Onis sci confessores ~ or
Scā maria magdalena or
Scā maria egypciacha. or
Sancta felicitas. ~ ~ or
Sancta perpetua ~ ~ or
Sancta agatha. ~ ~ or
Sancta lucia. ~ ~ or
Sancta agnes ~ ~ or
Sancta cecilia ~ ~ or
Sancta anastasia ~ or
Sancta margareta ~ or
Sancta katherina ~ ~ or
Sancta petronilla ~ ~ or
Sancta brigida ~ ~ or

Sancta barbara ora
Sancta genoueffa. ora
Sancta elizabeth. ora
Omnes sancte virgines. orate
Omnes sancti et sancte dei. orate
Propicius esto parce nobis domine
Propicius esto libera nos domine
Propicius esto exaudi nos domine
Ab omni malo libera
Ab omni peccato libera
Ab hoste malo. libera
Ab insidiis dyaboli libera
A periculo mortis libera
A penis inferni. libera
A morte perpetua libera
A subitanea et improuisa morte l.

Per annūciationem tuā. l'
Per incarnationem tuā: l'
Per natiuitatem tuam l'
Per circūcisionem tuam l'
Per apparitionem tuam l'
Per baptismum tuum. l'
Per ieiunium tuum. l'
Per crucē ⁊ passionē tuā. l'
Per mortē ⁊ sepulturā tuā. l'
Per sctām resurrectionē tuā. l'
Per gloriosā ascēsionē tuā. l'
Per aduētū sci sp̄s paracliti. l'
In die iudicij. l'
Peccatores te rogamus audi nos
Ut pacē ⁊ cōcordiā nobis dones
Te r. Ut sanitatem mentis et

corporis nobis dones. Te rogamus
audi nos. Ut indulgenciam
om̄ delictorum nostrorum no
bis dones. Te r. Ut fructus terre no
bis dare et conservare digneris Te r.
Ut cunctum populum xpistia
num preciosissimo sanguine
tuo redemptum conservare dig
neris Te r. Ut nobis miseris
misericors misereri digneris Te r.
Fili dei Te r. Agnus dei qui
tollis peccata mundi parce no
bis domine. Agnus dei qui
tollis peccata mundi miserere
nobis. Agnus dei qui tollis
peccata mundi dona nobis pa

cem· Xpiste audi nos. Kyrie
leyson. Xpiste leyson. Kyrie
leyson. Pater noster. Et ne
nos inducas in temptationem
Sed libera nos a malo. Et ueni
at super nos mīa tua domine.
Salutare tuum secundum eloqui
um tuum. Peccauimus cum
patribus nrīs· ⁊ iniuste egimus
iniquitatem fecimus. Domi
ne non secundum peccata nrā
facias nobis· Neq; secundum
iniquitates nrās retribuas no
bis. Memor esto congregatiōis
tue· Quem possedisti ab initio.
Ne tradas bestijs animas cō

fitencium tibi. Et animas pau
perum tuorum ne obliuiscaris
in finem. Ne memineris ini
quitatum nostrarum antiqua
rum. Cito anticipent nos mi̅e
tue quia pauperes facti sumus
nimis. Adiuua nos deus salu
taris noster. Et propter gloriā
nominis tui domine libera nos
et propicius esto peccatis nr̅is
propter nomen tuum. Meme̅
to nr̅i domine in beneplacito
populi tui. Visita nos in salu
tari tuo. Sacerdotes tui indu
antur iusticiam. Et sancti tui
exultent. Domine saluum

fac regem. Et exaudi nos qua
invocaverimus te. Salvos fac ser
vos tuos. Deus meus sperantes in
te. Mitte eis domine auxilium
de sancto. Et de syon tuere eos.
Nichil proficiat inimicus in eis
Et filius iniquitatis non appo
nat nocere eis. Salvum fac po
pulum tuum domine. et benedic
hereditati tue. Et rege eos et extol
le illos usque in eternum. Fiat
pax in virtute tua. Et habun
dancia in turribus tuis. Oremus
pro fidelibus defunctis. Requiem
eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. Exur

gr domine adiuua nos· et libera
nos propter nomen tuum D o
mine deus uirtutum conuerte
et ostende faciem tuam et sal
ui erimus D omine exaudi
orationem meam· et clamor
meus ad te ueniat· Psalmus
I nclina domine aurem tuã
et exaudi me qm̃ inops
et pauper sum ego. C ustodi ani
mam meam qm̃ scs sum saluũ
fac seruum tuum· Deus meus
sperantem in te. M iserere mei
domine qm̃ ad te clamaui to
ta die letifica aiam̃ serui tui
qm̃ ad te animam mea leuaui

Quoniam tu domine suauis
et mitis et multe misericordie
omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe domine oratio
nem meam et intende uoci depre
cationis mee. In die tribula
tionis mee clamaui ad te quia
exaudisti me. Non est similis
tui in diis domine et non est se
cundum opera tua. Omnes
gentes quascūqȝ fecisti uenient
et adorabunt coram te domine
et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu
et faciens mirabilia tu es deus
solus. Deduc me domine in

via tua et ingrediebar in veritate
tua letetur cor meum ut timeat
nomen tuum. Confitebor tibi
domine deus meus in toto corde
meo et glorificabo nomen tuũ
in eternum. Quia mĩa tua
magna est super me et eruisti
aĩam meam ex inferno inferio
ri. Deus iniqui insurrexerũt
super me et synagoga potenciũ
quesierunt animam meam et
non proposuerunt te in conspec
tu suo. Et tu domine deus mi
serator et misericors paciens
et multe misericordie et verax
Respice in me et miserere mei

da imperium tuum puero
tuo; et saluum fac filium an
cille tue. Fac mecum signum
in bono ut uideant qui oderunt
me et confundantur quoniam tu domine
adiuuisti me et consolatus es
me. Gloria patri. Sicut erat.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te
ueniat. Oremus. Oratio.
Iniquitates nostras ne res
picias omnipotens deus
sed sola nobis misericordia tua prosit
indignis per christum. Alia oratio.
Suscipe domine preces no
stras et clamancium ad

te pia corda conuerte. Per xpm. Oro

Da nobis domine quesumus ut et tua gratia ueraciter confidentes et que digna sunt postulemus et iugiter postulata sumamus. Per xpm. Oratio

Domine deus omnipotens nos famulos tue maiestati subiectos per unicum filium tuum in uirtute sancti spiritus et protege ut ab omni hoste securi in tua iugiter laude letemur. Per xpistum. Oro

Deus qui per coeternam tibi sapienciam hominem cum non esset condidisti perdi

tumqz misericorditer reforma
sti. presta quesumus ut eadē
pectora nostra inspirante te
tota mente amemus et ad te
toto corde curramus. p xpm̄.

Deus cui proprium est Orō
misereri semper et parce
re suscipe deprecationem nostrā
ut quos delictorum cathena cō
stringit miseratio tue pieta
tis absoluat. Per xpm̄. Oratio.

Deus refugium pauperū
spes humilium salus qz
miserorum supplicationes po
puli tui clementer exaudi ut
quos iusticia uerberum fecit

afflictos habundancia remediorũ
faciat consortes. Per xp̄m. Or̄o
Auerte quesumus domine
iram tuam propiciatus
a nobis et facinora nostra quibꝫ
indignationem tuam prouoca
mus expelle. Per xp̄m. Oratio
Memor esto quesumus dn̄e
fragilitis humane et qui
iuste uerberas peccatores parce
propiciatus afflictis Per xp̄m.
Exaudi quesumus dn̄e Or̄o
supplicum preces et confi
tencium tibi parce peccatis ut
pariter nobis indulgenciam
tribuas benignus et pacem. P

dominum nostrum ihesum xpis
tum filium qui tecum uiuit
et regnat in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula
seculorum amen. Domine
exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te ueniat. Be
nedicamus domino. Deo gratias
Fidelium anime per miseri
cordiam dei requiescant in pa
ce amen.

Incipiūt vigilie defūctor. Placebo.

Dilexi quoniam
exaudiet domin⁹
vocem orationis
mee. Quia incli
nauit aurem suam michi et
in diebus meis inuocabo. Cir
cūdederunt me dolores mortis
et pericula inferni inuenerūt
me. Tribulationem et dolo
rem inueni ⁊ nomen domini
inuocaui. O domine libera
animam meam misericors
dominus et iustus et deus no
ster miseretur. Custodiens
paruulos dominus humili

atus sum et liberauit me. Con-
uertere anima mea in requiem
tuam quia dominus benefecit
tibi. Quia eripuit animã meã
de morte oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu. Placebo do-
mino in regione uiuorum. Re-
quiem eternam dona eis domi-
ne. et lux perpetua luceat eis. añ.
Placebo domino in regione ui-
uorum. añ. Heu me. Psalmus
Ad dominum cum tribu-
larer clamaui et exaudi-
uit me. Domine libera aiãm
meam a labijs iniquis et a lĩ-
gua dolosa. Quid detur tibi

aut quid apponatur tibi ad lin
guam dolosam Sagitte potē
tis acute cum carbonibus desola
torijs Heu michi quia incola
tus meus prolongatus est ha
bitaui cum habitantibus ce
dar multum incola fuit ani
ma mea Cum hijs qui oderūt
pacem eram pacificus cum lo
quebar illis impugnabant
me gratis Requiem eternā
ant Heu me quia incolatus me
us prolongatus est an. Dnis
Leuaui oculos meos in
montes vnde ueniet
auxilium michi Auxiliū

na usq; ad noctem speret israel
in domino Quia apud dnm
misericordia et copiosa apud eu
redemptio Et ipse redimet is
rael ex omnibus iniquitatibz
eius Requiem eternam ant.
Si iniquitates observaveris
domine domine quis sustine
bit. ant. Opera. psalmus.
Confitebor tibi domine
in toto corde meo. qm
audisti verba oris mei In
conspectu angelorum psallam
tibi adorabo ad templum san
ctum tuum et confitebor nomi
ni tuo Super misericordia

tua et ueritate tua quoniam
magnificasti super omne no
men sanctum tuum. In qua
cumque die inuocauero te exaudi
me multiplicabis in anima
mea uirtutem. Confiteantur
tibi domine omnes reges terre
quia audierunt omnia uerba
oris tui. Et cantent in uiis
domini quoniam magna est
gloria domini. Quoniam
excelsus dominus et humilia
respicit et alta a longe cognoscit
Si ambulauero in medio tri
bulationis uiuificabis me et
super iram inimicorum meorum

extendisti manum tuam et sal
uum me fecit dextera tua. Dn̄s
retribuet pro me domine miseri
cordia tua in seculum opera ma
nuum tuarum ne despicias.
Requiem eternam. an̄t Opera
manuum tuarum domine ne
despicias. an̄t Absolue. Canticū.
Magnificat anima mea do
minum. Et exultauit
spiritus meus in deo salutari
meo. Quia respexit humilita
tem ancille sue ecce enim ex hoc
beatam me dicent om̄s genera
tiones. Quia fecit michi mag
na qui potens est et sanctum

nomen eius. Et misericordia
eius a progenie in progenies ti
mentibus eum. Fecit poten
ciam in brachio suo dispersit
superbos mente cordis sui. De
posuit potentes de sede et exalta
uit humiles. Esurientes im
pleuit bonis et diuites dimi
sit inanes. Suscepit israel
puerum suum recordatus mi
sericordie sue. Sicut locutus
est ad patres nostros abraham
et semini eius in secula. Re
quiem eternam. Absolue
domine animas eorum ab
omni uinculo delictorum ut i

resurrectionis gloria inter sā
ctos et electos tuos resuscitati
respirent. kyrieleyson. xpiste
leyson. kyrieleyson. Pater no
ster. Et ne nos inducas in tēp
tationem. Sed libera nos a ma
lo. Requiem eternam dona
eis domine. et lux perpetua lu
ceat eis. Requiescant in pace
amen. Domine exaudi oratio
nem meam. Et clamor meus
ad te ueniat. Psalmus.
Lauda anima mea dnm̄
laudabo dominum in
vita mea psallam deo meo
quam diu fuero. Nolite cō

fidere in principibus in filys ho
minum in quibus non est sa
lus Exibit spiritus eius et re
uertetur in terram suam in
illa die peribunt omnes cogita
tiones eorum Beatus cuius
deus iacob adiutor eius spes
eius in domino deo ipsius qui
fecit celũ et terram mare et om
nia que in eis sunt Qui custo
dit ueritatem in seculum facit
iudiciũ iniuriam pacientib;
dat escam escam esurientibus
Dominus soluit compeditos
dominus illuminat cecos Do
minus erigit elisos dominus

diligit iustos. Dominus custo
dit aduenas pupillum et ui
duam suscipiet et vias pecca
torum disperdet. Regnabit
dominus in secula deus tuus
syon in generatione et gene
rationem. Requiem eternã.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad
te ueniat. Oremus Oratio
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor a
nimabus famulorum famu
larumqz tuarum et omniũ
fidelium defunctorum remis
sionem cunctorum tribue pec

catorum ut indulgentiam
quam semper optauerunt
piis supplicationibus consequã
tur. Qui viuis et regnas deus
per omnia secula seculorum.
Amen. Domine exaudi oratio
nem meam. Et clamor meus
ad te ueniat. Requiescant in
pace. Amen. añt. Dirige. ps̃.

Verba mea auribus perci
pe domine intellige cla
morem meum. Intende voci
orationis mee rex meus et deus
meus. Quoniam ad te orabo
domine mane exaudies vocem
meam. Mane astabo tibi et

videbo quoniam non deus volēs
iniquitatem tu es. Neqȝ habi
tabit iuxta te malignus neqȝ
pmanebunt iniusti ante ocu
los tuos. Odisti omnes qui ope
rantur iniquitatem perdes om̄s
qui loquuntur mendaciū. Virū
sanguinum et dolosum abho
minabitur dominus ego autē
in multitudine misericordie
tue. Introibo in domum tuā
adorabo ad templum sanctum
tuum in timore tuo. Domine
deduc me in iusticia tua ppt̄
inimicos meos dirige in conspec
tu tuo viam meam. Quoniā

non est in ore eorum ueritas
cor eorum uanum est. Sepul
crum patens est guttur eorum
linguis suis dolose agebant iu
dica illos deus. Decidant a co
gitationibus suis secundum
multitudinem impietatum
eorum expelle eos quoniam irritaue
runt te domine. Et letentur
omnes qui sperant in te in eternum
exultabunt et habitabis in eis
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum quoniam
tu benedices iusto. Domine
ut scuto bone uoluntatis tue
coronasti nos. Requiem eter

nam. ant Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. ant Convertere. ps dd.

Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde sed tu domine usq; quo. Convertere domine et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboravi in gemi

tu meo lauabo per singulas noc
tes lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo. Turba
tus est a furore oculus meus inve
teraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui ope
ramini iniquitatem quoniam exau
diuit dominus vocem fletus
mei. Exaudiuit dominus depre
cationem meam dominus ora
tionem meam suscepit. Erubes
cant et conturbentur vehementer
omnes inimici mei convertan
tur et erubescant valde velociter.
Requiem eternam. Antiphona. Con
uertere domine et eripe animam

meam qui non est in morte qui
memor sit tui. ant. Nequando.
Domine deus meus in te
speraui saluum me fac:
ex omnibus persequentibus
me et libera me. Nequando ra
piat ut leo animam meam:
dum non est qui redimat neque
qui saluum faciat. Domine
deus meus si feci istud si est ini
quitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus
michi mala decidam merito
ab inimicis meis inanis. Per
sequatur inimicus animam
meam et comprehendat et con

culcet in terra uitam meam
et gloriam meam in puluerē
deducat. Exurge domine in
ira tua et exaltare in finibus
inimicorum meorum. Et ex
urge domine deus meus in pre
cepto quod mandasti et syna
goga populorum circumdabit
te. Et propter hanc in altum
regredere dominus iudicat po
pulos. Iudica me domine se
cundū iusticiam meam et secū
dum innocenciam meā super
me. Consumetur nequicia
peccatorum et diriges iustum
scrutans corda et renes deus

Iustum adiutorium meum
a domino qui saluos facit rectos
corde. Deus iudex iustus fortis
et paciens nunquid irascitur
per singulos dies. Nisi conuersi
fueritis gladium suum vibrauit
arcum suum tetendit et parauit
illum. Et in eo parauit vasa
mortis sagittas suas ardentibus
effecit. Ecce parturit iniusticiā
et concepit dolorem et peperit ini
quitatem. Lacum aperuit et
effodit eum et incidit in foueā
quam fecit. Conuertetur do
lor eius in caput eius et in uerti
cem ipsius iniquitas eius descē

det. Confitebor domino secun
dum iusticiam eius et psallam
nomini domini altissimi. Re
quiem eternam. ant. Nequando
rapiat ut leo animam meam
dum non est qui redimat neque
qui saluum faciat. ℣. Conuerte
re domine et eripe animam meam.
Saluum me fac propter mise
ricordiam tuam. Pater noster
Et ne nos inducas in tempta
tionem. Sed libera nos a malo
Parce michi lectio prima
domine nichil enim sunt
dies mei. Quid est homo quia
magnificas eum: aut quid

apponis erga eum cor tuum. Visitas eum diluculo et subi to probas illum. Usq; quo nō parcis michi nec dimittis me ut gluciam salivam meā. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum. Quare me posuisti cō trarium tibi et factus sum mi chimetipsi grauis. Cur non tol lis peccatum meum: et quare nō aufers iniquitatem meam. Ecce nunc in puluere dormio. et si ma ne me quesieris non subsistā.
℟ Credo quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de ter ra surrecturus sum. Et ī car

ne mea videbo deum salvatorem meum. ℟ Quem visurus sum ego ipse et non alius et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea videbo deum salvatorem meum.

Lectio secunda

Tedet animam meam vite mee: dimittā adversum me eloquium meum loquar in amaritudine anime mee: dicam deo noli me condēpnare. Indica michi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur si calumpnieris et opprimas me opus manuum tuarum et consilium impiorū adiuves. Nunquid oculi carnei

tibi sunt aut sicut uidet homo et
tu uidebis. Nunquid sicut dies
hominis dies tui et ãni tui sicut
humana sunt tempora. ut q̃ras
iniquitatem meam et peccatũ
meum scruteris et scias quia ni
chil impium fecerim. Cum sit
nemo qui de manu tua possit
eruere. ℟ Qui lazarum resusci
tasti a monumento fetidum.
Tu eis domine dona requiem et
locum indulgencie. ℣. Qui ue
turus es iudicare uiuos et mor
tuos et seculum per ignem. Tu
eis domine dona requiem et lo
cum indulgencie. Lectio tercia.

Manus tue domine fecerūt
me et plasmauerunt
me totum in circuitu· et sic re
pente precipitas me. Memento
queso quod sicut lutum feceris
me et in puluerem reduces me.
Nonne sicut lac mulsisti me·
et sicut caseum me coagulasti:
pelle et carnibus uestisti me· os
sibus et neruis compegisti me.
Vitam et misericordiam tribu
isti michi et uisitatio tua cu
stodiuit spiritum meum. ℟
Domine quando ueneris iudi
care terram ubi me abscondā
a uultu ire tue· Quia peccaui

mis in uita mea. ℟. Cõmissa mea
paueſco et ante te erubeſco dum
ueneris iudicare noli me condẽp
nare. Quia peccaui nimis in ui
ta mea. Añt. In loco. Psalmus
Dominus regit me et nichil
michi deerit in loco paſcue
ibi me collocauit. Super aquã
refectionis educauit me animã
meam conuertit. Deduxit me
in ſemitas iuſticie propter no
men ſuum. Nam et ſi ambu
lauero in medio umbre mortis
non timebo mala q̃m tu mecũ
es. Uirga tua et baculus tuus
ipſa me conſolata ſunt. Para

sti in conspectu meo mensam
aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput
meum et calix meus inebrians
quam preclarus est. Et mīa tua
subsequetur me omnibus die
bus vite mee. Et ut inhabitē
in domo domini in longitudinē
dierum. Requiem eternam.
añ. In loco pascue ibi me colloca
uit. añt. Delicta. Psalmus.
Ad te domine leuaui aīam
meam deus meus in te cō
fido non erubescam. Neqȝ irri
deant me inimici mei etenim
uniuersi qui sustinent te non

confundentur. Confundantur
omnes iniqua agentes supua
cuē. Vias tuas domine demon
stra michi et semitas tuas edoce
Dirige me in veritate tua et doce
me quia tu es deus saluator meꝰ
et te sustinui tota die. Reminisce
re ~~miām~~ miserationum tuarū
domine et misericordiarum tuaꝝ
que a seculo sunt. Delicta iuuen
tutis mee et ignorancias meas ne
memineris. Secundum miām
tuam memento mei tu propter
bonitatem tuam domine. Dulcis
et rectus dominus propter hoc legē
dabit delinquentibus in via. Di

riget mansuetos in iudicio doce
bit mites vias suas. Universe
vie domini misericordia et veri
tas requirentibus testamentū
eius et testimonia eius. Propter
nomen tuum domine propicia
beris peccato meo multum est enī.
Quis est homo qui timet dnm̄
legem statuit ei in via quā elegit
Anima eius in bonis demora
bitur et semen eius hereditabit
terram. Firmamentum est dn̄s
timentibus eum et testamentū
ipsius ut manifestetur illis. Ocu
li mei semp ad dnm̄ quoniam
ipse evellet de laqueo pedes meos

Respice in me et miserere mei quia unicus et pauper sũ ego Tribulationes cordis mei multiplicate sunt de necessitatibus meis erue me Vide humilitatem meam et laborẽ meũ et dimitte universa delicta mea Respice inimicos meos qm̃ multiplicati sunt et odio iniquo oderunt me Custodi aĩam meã et erue me non erubescam qm̃ speraui in te Innocentes et recti adheserunt michi quia sustinui te Libera deus israel ex omnibus tribulationibus suis Requiem eternam aň Delicta

iuuentutis mee et ignorantias
meas ne memineris dñe. a. Credo

Dominus illuminatio
mea et salus mea quem
timebo. Dominus protector
vite mee a quo trepidabo. Dũ
appropiant super me nocentes
vt edant carnes meas. Qui
tribulant me inimici mei ip
si infirmati sunt et ceciderunt.
Si consistant aduersum me
castra non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me pre
lium in hoc ego sperabo. Unam
petij a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini

omnibus diebus vite mee Ut
videam voluntatem domini et
visitem templum eius Qm̄
abscondit me in tabernaculo
suo in die malorum protexit
me in abscondito tabernaculi
sui In petra exaltavit me et
nunc exaltavit caput meum
super inimicos meos Circuivi
et imolavi in tabernaculo eius
hostiam vociferationis cantabo et
psalmum dicam domino Ex
audi domine vocem meam qua
clamavi ad te miserere mei et
exaudi me Tibi dixit cor meū
exquisivit te facies mea faciem

tuam domine requiram Ne aũ
tas faciem tuam a me ne decli
nes in ira a seruo tuo Adiutor
meus esto ne derelinquas me
neqꝫ despicias me deus salutaris
meus Quoniam pater meus
et mater mea dereliquerũt me
dominus autem assumpsit me
Legem pone michi domine in
uia tua et dirige me in semita
recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas
tribulancium me; quoniam in
surrexerunt in me testes ĩiqui
et mentita est iniquitas sibi.
Credo uidere bona domini in

Et anima mea turbata est valde
sed tu domine succurre ei. Dum
veneris in novissimo die. Lectio quarta

Homo natus de muliere bre
vi vivens tempore repletur
multis miseriis. Qui quasi flos
egreditur et conteritur et fugit ve
lut umbra: et numquam in eodem sta
tu permanet. Et dignum ducis
super huiuscemodi aperire oculos tu
os: et adducere eum tecum in iudi
cium. Quis potest facere mundum
de immundo conceptum semine. ni
si tu qui solus es. Breves dies ho
minis sunt numerus mensium
eius apud te est. Constituisti ter-

minos eius qui preteriri non po
terunt. Recede ergo paululum
ab eo ut quiescat donec optata ve
niat: et sicut mercenarij dies eius.
℞ Ne recorderis peccata mea dn̄e
dum veneris iudicare seculum
per ignem. ℣ Cui monti dicturus
sum in illa die cade supra me et
absconde me. Dum veneris iudi
care seculum per ignem. Lcō sexta.
Quis michi hoc tribuat ut in
inferno protegas me et ab
scondas me donec pertranseat
furor tuus. et constituas michi
tempus in quo recorderis mei;
Putas ne mortuus homo rursū

raui exultabo et letabor in mīa tua.
Quoniam respexit humilitatē
meam saluasti de necessitatibus
animam meam. Nec conclusi
sti me in manibus inimici: sta
tuisti in loco spacioso pedes meos
Miserere mei dn̄e quoniam tri
bulor conturbatus est in ira ocu
lus meus anima mea et uenter
meus. Quoniam defecit in dolo
re vita mea et anni mei in gemi
tibus. Infirmata est in pauper
tate virtus mea et ossa mea con
turbata sunt. Super omnes
inimicos meos factus sum ob
probrium vicinis meis valde et

timor notis meis Qui videbant
me foras fugerunt a me oblivio
ni datus sum tanqm̄ mortuus
a corde Factus sum tanqm̄ vas
perditum qm̄ audiui uitupera
tionem multorum cōmorancium
in circuitu. In eo dum conueni
rent simul aduersum me accipere
animam meam consiliati sunt
Ego autem in te speraui dn̄e
dixi deus meus es tu in manibz
tuis sortes mee Eripe me de
manu inimicorum meorum et
a persequentibus me Illustra
faciem tuam super seruum tuū
saluum me fac in mīa tua dn̄e

non confundar quoniam invoca
vi te. Erubescant impii et dedu
cantur in infernum muta fiant
labia dolosa. Que loquuntur ad
versus iustum iniquitatē ī sup
bia et in abusione. Quā magna
multitudo dulcedinis tue dn̄e
quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant in te:
in conspectu filiorum hominū.
Abscondes eos in abscondito fa
ciei tue a conturbatione hominū.
Proteges eos in tabernaculo tuo
a contradictione linguarum.
Benedictus dominus qm̄ miri
ficavit mīam suam michi in ci

uitate munita. Ego autem di
xi in excessu mentis mee proiec
tus sum a facie oculorum tuorũ
Ideo exaudisti vocem orationis
mee dum clamarem ad te. Di
ligite dñm oĩs sancti eius qm̃
veritatem requiret dominus et
retribuet abundanter facientibꝫ
superbiam. Viriliter agite et cõ
fortetur cor uestrum oĩs qui spe
ratis in domino. Requiem eter
nam. Redemisti me domine
deus veritatis ĩ manus tuas cõ
cõmendo spiritum meum. añt.
Complaceat. Psalmus
Expectans expectaui dñm

et intendit michi Et exaudivit
preces meas et eduxit me lacu mi
serie et de luto fecis Et statuit su
pra petram pedes meos et direxit
gressus meos Et immisit in os
meum canticum novum carmē
deo nostro Videbunt multi et ti
mebunt et sperabunt in domino
Beatus vir cuius est nomen dñi
spes eius et non respexit in vanita
tes et in insanias falsas Multa feci
sti tu domine deus meus mirabi
lia tua et cogitationibus tuis nō
est quis similis sit tibi Annūcia
ui et locutus sum multiplicati
sunt super numerum Sacrifi

ficium et oblationem noluisti aures
autem perfecisti michi Holocau
stum et pro peccato non postulasti
tunc dixi ecce venio In capite
libri scriptum est de me ut facerẽ
voluntatem tuam deus meus
volui et legem tuam in medio cor
dis mei Annunciavi iusticiã
tuam in ecclesia magna ecce la
bia mea non prohibebo domine
tu scisti. Iusticiam tuam non
abscondi in corde meo veritatẽ
tuam et salutare tuum dixi Nõ
abscondi miam̃ tuam et verita
tem tuam a consilio multo Tu
autem domine ne longe facias

miserationes tuas a me misericor
dia tua et veritas tua semper su
sceperunt me Quoniam circū
dederunt me mala quorum non
est numerus comprehenderunt
me iniquitates mee et non potui
ut viderem Multiplicate sunt
super capillos capitis mei: et cor
meum dereliquit me Complace
at tibi domine ut eruas me dñe
ad adiuvandum me respice Cō
fundantur et revereantur simul
qui querunt animam meam ut
auferant eam Convertantur
retrorsum et revereantur qui vo
lunt michi mala Ferant con

festim confusionem suam qui di
cunt michi euge euge Exultent
et letentur super te om̄s querẽtes
te et dicant semper magnificetur
dominus qui diligunt salutare
tuum Ego autem mendicus
sum et pauper dominus sollicitus
est mei Adiutor meus et protec
tor meus tu es deus meus ne tar
daveris Requiem eternam.
Complaceat tibi domine ut eruas
me domine ad adiuvandum me
respice. añt Sitivit anima Ps.
Quemadmodum desiderat cer
vus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te de-

Sitiuit anima mea ad deum fon
tem viuum quando veniam et ap
parebo ante faciem dei. Fuerunt
michi lacrime mee panes die ac
nocte dum dicitur michi cotidie
vbi est deus tuus. Hec recordatus
sum et effudi in me animam meã
qm̄ transibo in locum tabernaculi
admirabilis vsqꝫ ad domum dei.
In voce exultationis et confessio
nis sonus epulantis. Quare tri
stis es anima mea et quare contur
bas me. Spera in deo qm̄ adhuc
confitebor illi salutare vultus mei
et deus meus. Ad meipsum aiã
mea conturbata est propterea me

mor ero nominis tui de terra iorda
nis et hermonij a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat in vo
ce cathractarum tuarum Om
nia excelsa tua et fluctus tui sup
me transierunt. In die manda
uit dominus miām suam et nocte
canticum eius Apud me oratio
deo vite mee dicam deo susceptor
meus es Quare oblitus es mei:
et quare contristatus incedo dum
affligit me inimicus Dum con
fringuntur ossa mea exprobraue
runt michi qui tribulant me ini
mici mei Dum dicunt michi p
singulos dies vbi est deus tuus

quare tristis es anima mea et qua re conturbas me Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi saluta re vultus mei et deus meus.
Requiem eternam. añ Sitiuit anima mea ad deum fontem vi uum quando veniam et appare bo ante faciem dñi añt Compla ceat tibi domine ut eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Pater nr̄. Et ne nos in ducas in temptationem. Sed libera nos a malo. lectio septiã.
Spiritus meus attenuabi tur dies mei breuiabuntur: et solum michi superest sepulcrū.

Non peccaui et in amaritudinibꝫ
moratur oculus meus. Libera me
domine et pone me iuxta te: et cu
iusuis manus pugnet contra
me. Dies mei transierunt cogita
tiones mee dissipate sunt torquẽ
tes cor meum. Noctem verterunt
in diem: et rursum post tenebras
spero lucem. Si sustinuero infernꝰ
domus mea est: et in tenebris stra
ui lectulum meum: putredini
dixi. Pater meus es et mater mea
et soror mea vermibus. Ubi est ergo
nunc prestolatio mea et patien
cia mea: tu es domine deus meus
℞ Peccantem me cotidie et non

me penitentem timor mortis contur
bat me. Quia in inferno nulla est
redemptio miserere mei deus et
salua me. ℣. Deus in nomine tuo
saluum me fac et in uirtute tua
iudica me. Quia in inferno nul
la est redemptio. Lectio octaua.

Pelli mee consumptis carnibus
adhesit os meum: et derelicta
sunt tantummodo labia circa dentes
meos. Miseremini mei miseremi
ni mei saltem uos amici mei quia
manus domini tetigit me. Quare
me persequimini sicut deus et car
nibus meis saturamini. Quis mi
chi tribuat ut scribantur sermones

mei· Quis michi det ut exarentur
in libro stilo ferreo uel plumbi la
mina aut celte sculpantur in si-
lice· Scio enim quod redemptor
meus uiuit et in nouissimo die
de terra surrecturus sum: et rur
sum circūdabor pelle mea: et ĩ car
ne mea uidebo deum saluatorem
meum· Quem uisurus sum ego
ipse et oculi mei conspecturi sunt
et non alius· Reposita est hec spes
mea in sinu meo. ℟ Si facta mea
recompensare uolueris domine
ubi me abscondam in celum
ascendere nō valeo in infernum
descendere timeo ubi ignis mexti

gnibilis est. Manum tuam porri
ge michi deus meus. ℣ Si ascende
ro in celum tu illic es si descendero
in infernum. Manum tuam por
riges michi deus meus. lc̄o nona
Fratres de temporibus et mo
mentis non indigetis ut
scribamus vobis. Ipsi enim dili
genter scitis quia dies dn̄i sicut
fur in nocte ita veniet. Cum enim
dixerint pax et securitas: tunc re
pentinus eis superveniet interit⁹
sicut dolor in utero habentis: et nō
effugient. Vos autem fratres nō
estis in tenebris: ut vos dies ille
tanq̄ fur comprehendat. om̄s eni

vos filij lucis estis et filij diei. Non
sumus noctis neqȝ tenebrarum.
Igitur non dormiamus sicut et ce
teri: sed vigilemus et sobrij simus.
Qui enim dormiūt nocte dormiūt.
et qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. Nos
autem qui diei sumus sobrij si
mus induti loricam fidei et cari
tatis et galeam spei et salutis qm̄
non posuit nos deus in iram sed
in acquisitionē salutis. Per dnm̄
nostrum ihesum xpm̄ filium tuū
qui mortuus est pro nobis ut
siue vigilemus siue dormiamus
simul cum illo viuamus. ℟. Libe
ra me domine de morte eterna

in die illa tremenda. Quando celi
mouendi sunt et terra. Dum vene
ris iudicare seculum per ignem. V.
Dies illa dies ire calamitatis et mi
serie dies magna et amara valde.
Quando celi mouendi sunt et terra
V. Vix iustus saluabitur et ego
vbi parebo. Quando celi mouendi
sunt et terra. V. Et ego miserrimus
quid dicam vel quid faciam dum
nil boni perferam ante tantum iu
dicem. Quando celi mouendi sunt
et terra. V. Vox de celis o vos mortui
qui iacetis in sepulcris surgite et
occurrite ad iudicium saluatoris
Quando celi mouendi sunt et terra.

℣. Nunc xpriste te petimus miserere
quesumus qui venisti redimere per
ditos noli dempnare redemptos.
Quando celi mouendi sunt et terra.
℟. Libera me dñe de vijs īferni. Qui
portas ereas confregisti et visita
sti infernum et dedisti eis lumen
vt viderent te qui erant in penis
tenebrarum. ℣. Clamantes et dicē
tes aduenisti redemptor noster.
Qui portas ereas confregisti et vi
sitasti infernum et dedisti eis lu
men ut viderent te qui erant in
penis tenebrarum. ℣. Requiem
eternam dona eis domine et lux
perpetua luceat eis. Aᷓ. In iniquitatibꝫ.

Miserere mei deus secundum
magnam misericordiã tuã
Et secundum multitudinem mi
serationum tuarum dele iniquita
tem meam Amplius laua me
ab iniquitate mea et a peccato meo
munda me Quoniam iniquita
tem meam ego cognosco et peccatũ
meum contra me est semper Tibi
soli peccaui et malum coram te feci
vt iustificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris Ecce enĩ ĩ
iniquitatibus conceptus sum et
in peccatis concepit me mater mea
Ecce enim veritatem dilexisti ĩ
certa et occulta sapiencie tue ma

nifestasti michi. Asperges me do
mine ysopo et mundabor lauabis
me et super niuem dealbabor. Au
ditui meo dabis gaudium et leti
ciam et exultabunt ossa humilia
ta. Auerte faciem tuam a peccatis
meis et omnes iniquitates meas
dele. Cor mundum crea in me
deus et spiritum rectum innoua
in visceribus meis. Ne proicias
me a facie tua et spiritum sanctum
tuum ne auferas a me. Redde
michi leticiam salutaris tui et spi
ritu principali confirma me. Do
cebo iniquos vias tuas et impij ad
te conuertentur. Libera me de san

guinibus deus deus salutis mee:
et exultabit lingua mea iusticiã
tuam Domine labia mea ape
ries et os meum annuntiabit lau
dem tuam Quoniam si voluis
ses sacrificium dedissem utiq; ho
locaustis non delectaberis. Sacri
ficium deo spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum deus
non despicies. Benigne fac dñe
in bona voluntate tua syon ut edi
ficentur muri ierusalem. Tunc
acceptabis sacrificium iusticie
oblationes et holocausta tunc im
ponent super altare tuũ vitulos.
Requiem eternam. añ. In mi-

quitatibus conceptus sum et in
peccatis coram te domine misere
re mei. añt Exaudi domine. ps.
Te decet hymnus deus in sy
on et tibi reddetur votum
in iherusalem. Exaudi orationē
meam ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerūt
super nos et impietatibus nostris
tu propiciaberis. Beatus quem
elegisti et assumpsisti: inhabitabit ī
atrijs tuis. Replebimur ī bonis
domus tue sanctum est templum
tuum mirabile in equitate. Ex
audi nos deus salutaris noster:
spes omnium finium terre et in

mari longe. Preparans montes
in virtute tua accinctus potencia
qui conturbas profundum maris
sonum fluctuum eius. Turbabū
tur gentes et timebunt qui habi
tant terminos a signis tuis exitus
matutini et vespere delectabis. Vi
sitasti terram et inebriasti eam:
multiplicasti locupletare eā. Flu
men dei repletum est aquis parasti
cibum illorum qm̄ ita est prepara
tio eius. Rivos eius inebrians
multiplica genimina eius in stil
licidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignita
tis tue et campi tui replebuntur

ubertate. Pinguescent speciosa deserti et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ovium et valles habundabunt frumento clamabunt etenim ymnum dicent. Requiem eternam. an. Exaudi domine orationem meam ad te omnis caro veniet. an. Me suscepit. ps. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta in via et inaquosa sic in sancto apparui tibi ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas

labia mea laudabunt te. Sic bene
dicam te in te in uita mea et in no
mine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine reple
atur anima mea et labijs exulta
tionis laudabit os meum. Si me
mor fui tui super stratum meum in
matutinis meditabor in te quia
fuisti adiutor meus. Et in vela
mento alarum tuarum exultabo
adhesit anima mea post te me suscę
pit dextera tua. Ipsi vero in va
num quesierunt animam meam
introibunt in inferiora terre tra
dentur in manus gladij partes
vulpium erunt. Rex vero leta

uitur in deo laudabuntur omnes
qui iurant in eo quia obstructum
est os loquentium iniqua. Ps.
Deus misereatur nostri et be
nedicat nobis illuminet
vultum suum super nos et miser
eatur nostri. Ut cognoscamus
in terra viam tuam in omnibus
gentibus salutare tuum Con
fiteantur tibi populi deus confite
antur tibi populi om̄s Leten
tur et exultent gentes qm̄ iudi
cas populos in equitate et gentes
in terra dirigis Confiteantur
tibi populi deus confiteantur tibi
populi om̄s terra dedit fructum

suum. Benedicat nos deus deus
noster benedicat nos deus et me
tuant eum omnes fines terre.
Requiem eternam. añ. Me su
scepit dextera tua domine. añ. A porta
Ego dixi in dimidio dierū
meorum uadam ad portas
inferi. Quesiui residuum añor
meorum dixi non uidebo dnm deū
in terra uiuentium. Non aspi
ciam hominem ultra et habitato
rem quietis. Generatio mea abla
ta est et conuoluta est a me quasi
tabernaculum pastorum. Pre
cisa est uelut a texente uita mea
dum adhuc ordirer succidit me

de mar
me S
quasi l
sa mee
ram fr
rīdimus
columb
mea sul
mine v
me qu
debit m
cogitab
in amo
D om
libus u
me et

1734.

Aurait appartenu au chanoine Grandel

suum. Benedicat nos de ma Tu
noster benedicat nos deu eamnut
tuant eum omnes fines terḡu
Requiem eternam. Aña. Quia
scepit dextera tua domine: tibi ne
Ego dixi in dimidi pectabūt
meorum vadam a veritatē
inferi. Quesivi residuum ipse cō
meorum dixi non videbo dñe pa
in terra viventium. N itatem
aciam hominem ultra et ha n me
rem quietis. Generatio hitabi
ta est et convoluta est a nostre
tabernaculum pastorum uem et
cisa est velut a texente vi dñe a
dum adhuc ordirer succi pus. Ps.

[illegible]

[illegible]

1734.

Aurait appartenu au chanoine Grandel

[illegible]

[[illegible]]